



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Disputatio XLVIII. De suffragiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)



QVINTA HVIVS OPERIS PARS.

DISPVATIO XLVIII.

DE SVFFRAGIIS.



POSTQVAM visum est A solum est sermo de suffragiis ex opere operantis, siue hæc sit auctoritate privata singulorū fidelium, siue auctoritate publica toti⁹ Ecclesie: vtroq; enim modo fieri possunt, vt constat ex vtu Ecclesie, & in discursu disputationis explicabitur. In qua primovide- dum est, an possit hoc genus suffragij inter fideles reperiri. Secundo, quibus modis fieri possit. Tertio, per que opera fieri possit, & quas condiciones requirat ex parte auxiliantis, & eorum quibus hoc genus auxilij, seu suffragiorum impenditur.

SECTIO I.

An inter fideles quorundam suffragia aliis valere possint ad satisfactionem, seu remissionem pœne temporalis.

Suffragium quia. Quot modis suffragium vniu. possit alteri prodesse. D Thom.

Quod inter fideles sic aliqua comunicatio bono- rum operū, quibus quidam possit alios iuuare, extra controuersiam est: id enim aperte in Symbolo confitemur in articulo de Sanctorū cōmunione: nō sensus illius est, esse inter sanctos, qui sunt vna Christi mēbra, cōmunicacionem aliquam in bonis operibus, quatenus vnusquisq; suis bonis actionibus alios iuuare potest. Sumus enim eiusdē corporis mēbra, teste Paulo, 1. ad Cor. 12. & ad Eph. 4. & ideo, sicut in eodē corpore humano vnū quodq; membrū non in suam tantū, sed aliorū etiam vtilitatem operatur, ita in mystico Ecclesie corpore, membra, quæ viuā sunt, & vtiliter operari possunt, non solum sibi mereri, sed etiam aliis prestare possunt auxiliū. Quod saltē in orationibus inter viuentes manifestū est ex illo Iacobi 5. *Orate pro inuicem, vt saluemini, & ad Rom. 15. Ol seruo vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus pro me à Deo, & Iob vlt. dixit Deus, ite ad seruum meum Iob, ille orabit pro vobis.* Quapropter de veritate hac ita generatim sumpta, etiā hæretici non contradicūt. Sed cum eis duplex est controuersia; prior est de personis, seu statu hominum, inter quos potest esse hoc genus auxilij, & comunicacionis: nam ipsi volunt tantum esse posse in viuentibus inter se, non vero respectu mortuorum. De qua re postea videbimus. Altera controuersia est quæ ad præsens pertinet, de effectu huius comunicacionis: negant enim Lutherani posse vnum fidelem alios iuuare ad satisfactionem pro peccatis, seu remissionem pœne temporalis. In quo errore fuit prius Vviclegh. vt late tractat Vvaldens. To. 3. de Sacramentalib. à c. 93. ad 100. Possunt autem hi hæretici fundari, vel in eo qd post culpam remissam nullus manet reatus pœne temporalis; vel in hoc, quod Christus sufficere pro omni.

ter fideles fieri potest, suffragium solet appellari iuxta vtitatam phrasim Ecclesie, & Theologorum. Est enim suffragium, vt sumitur ex D. Thom. & aliis in 4. d. 45. auxilium quoddam, quod vnus fidelis præbet alteri ad obtinendum à Deo remissionem pœne temporalis, vel aliquid huiusmodi. Supponendumque est tribus modis posse suffragium vnius prodesse alteri. Primo ex opere operato. Secundo per indulgentias, quæ etiam iuuant ad modum operis operati. Tertio ex opere operantis. De primo modo nihil nobis dicendum superest in hac materia: suppono enim, remissionem pœne ex opere operato, seclusis indulgentiis, non fieri nisi aut per sacramenta, aut per sacrificium, nam ex Christi institutione non habemus alia instrumenta, seu causas huius effectus. Et quauis probabile sit, aliquid sacramentale ex institutione Ecclesie habere hunc effectum: tamen, si ita est, illud reducitur ad aliquid modum ex dictis, & quantum ad præsens spectat, eadem ratio erit de hac remissione, & de illa, quæ fit in sacramentis: suppono enim vterius remissionem pœne, quæ ex opere operato comparatur per susceptionem alicuius sacramenti, tantum in eo fieri, qui sacramentum suscipit, & non in alio, vt in superiori tomo late tractaui. Idemque erit in sacramentalibus, si per vsum alicuius talis effectus conceditur, vt si per aquam benedictam alicui remittitur aliquis gradus pœne, illa remissio fit ei, qui de nocte vitur aqua benedicta, non alteri; quod simile suo modo est in baptismo, & aliis sacramentis. Quo fit: nullum suffragium possit aliis prodesse ex opere operato, præter missæ sacrificium; de quo disputatum est sufficienter in superiori Tom. disput. 79. sect. 9. & seq. & ideo de hoc genere suffragij ex opere operato nihil aliud in hac materia dicendum nobis superest. De suffragio vero per modum indulgentiæ dicturi sumus in seq. disp. & ideo in præsentibus

omnibus satisfecit: vel denique in hoc, quod nemo potest vnquam ita abundare meritis, vel satisfactio- nibus, vt ei superfit aliquid, quod aliis, ad satisfaciendum pro illis præbeat.

Possent fideles per suffragia se inuicem inuare ad satisfaciendum pro peccata temporal.

Nilominus dicendum est, fideles posse se se mutuo inuare ad satisfaciendum pro peccatis, ita vt opus vnus alteri valeat ad remissionem alicuius peccati temporalis obtinendam. Hic est communis consensus Scholasticorum omnium quos referam sect. sequenti, qui veritatem hanc contineri censent in dicta Sanctorum communione, quam in symbolo profitemur. Nam, si quoad alios effectus bonos mutuo se inuuant fideles, nulla ratio est, cur etiam quoad hunc, suffragium sibi inuicem afferre non possint. Atq; in hoc sensu applicata, probabilia sunt quadam Scripturæ testimonia, quibus hæc veritas confirmari solet, quauis non omnia efficacia sint. Primum est illud Psal. 118. Particeps ego sum omnium inimentium te, & custodientium mandata tua. Quorum verborum proprius, & literalis sensus non est agere de hac communione, solum enim per illa verba significat David, ex consideratione diuinorum iudiciorum se inductum fuisse ad custodienda diuina præcepta, & ita factum esse socium eorum, qui timent D E V M, vnde esse participem illorum in eo loco, nihil aliud est, quam cum eis conuenire in obseruatione diuinorum mandatorum. Ex quo nascitur peculiariis quadam amicitia, & vnio; quæ est inter eos, qui diuina mandata seruant, ad quam cõsequitur communicatio prædicta in spiritualibus bonis.

Deinde probari hoc solet ex verbis Pauli ad Rom. 15. Probauerem enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem, placuit enim eis, & debitores sunt eorum: nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis: quoniam in his vltimis verbis videtur significare Paulus, quod, sicut inter fideles est cõmunicatio in temporalibus bonis, ita multo maiori ratione esse debet in spiritualibus. Veruntamen, licet argumentum hoc sit probabile ex quadam morali coniectura, & ratione, non tamen ex vi verborum, & intentionis Pauli. Nam sensus manifestus est, merito fideles Macedoniae & Achaiae decreuisse temporales elemosinas mittere in subsidium fidelium pauperum Iudæorum, qui erant in Hierusalem, quoniam per ministerium, & prædicationem Iudæorum notitiam acceperant Euangelii per quam participes facti fuerant spiritualium bonorum. Atque ita exponunt Ambr. Chryl. Ansel. & D. Thom. Qui hinc colligit, deberi sumptus non solum illis, qui prædicant, sed etiam qui prædicatores mittunt: quod intelligendum censeo de debito gratitudinis, vel specialis charitatis: clarum est enim ibi non interuenisse debitum intrinsecum, nã huic fit satisfaciendo ministris ipsos, qui spiritualia seminant, iuxta illud 1. ad Cor. 9. Sinos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si carnalia vestra metamus. Adde etiam verisimile esse, Paulum non solum loqui de ministerio Apostolicæ prædicationis, nam illo solo titulo non multum videntur facti fuisse Macedones debitores pauperibus, qui erant in Hierusalem, sed quia suis orationibus, & bonis operibus aliquomodo eos iuuarant. Ex quo potest aliquid argumentum à simili, & per coniecturam desumi, non tamen efficax ex sola vi verborum Pauli.

Tertio ac præcipue citari solent verba Pauli ad Colos. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore Fr. Suarez, tom. 4.

A eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister, secundum dispensationem Dei. &c. Quæ verba obscura sunt, & varios sensus admittunt. Vnus esse posset, passionem, & penas Christi non fuisse sufficientes ad hominum remissionem, & salutem, nisi eis etiam addantur passionibus sanctorum, ideoque dicere Paulum, se supplere quod ex parte sua deerat passionibus Christi. Veruntamen hic sensus vt D. Tho. ibi adnotat, erroneus est, quia certum est de fide, Christi passionem per se solam sufficientissimam fuisse ad omnium hominum salutem. Alius ergo sensus esse potest quauis Christi opera, & passionibus per se satis superque fuerint quoad sufficientiam, tamen, vt in nobis habeat effectum & efficaciam, adhuc illis deesse applicationem, quæ in nobis fieri debet, circa quæ laborant sancti, & maxime laborauit Paulus, & hac de causa multa patiebatur pro Ecclesia, cuius factus erat minister. Et hunc sensum significant verba sequentia, Vi impleam verbum Dei, mysterium quod absconditum fuit, à seculis. Atque hunc sensum insinuat Gregor. 1. Reg. c. 9. & eum admittit Bellarm. lib. 1. de Indulgent. c. 3. dummodo Apostoli sententia ad illum non limitetur, nec excludatur alius sensus veritatem Catholicam confirmans. Nam Paulus generaliter loquitur, & ostendit effectum sustinendi passionibus, vt omnibus modis proficit Ecclesie, ex quibus vnus ac valde utilis est per communicationem satisfactionum. Cum ergo Paulus absolute & generaliter loquatur, non sunt limitanda eius verba ad vnum modum excommunicationis.

Est ergo tertius sensus, Paulum non loqui de solis passionibus, quæ Christus in propria persona sustinuit, sed de his, quas in corpore suo, quod est Ecclesia, & in suis membris, ad eorum perfectionem, & confirmationem, sustinere decreuit, vsque ad finem mundi. De quibus recte ait Paulus ad implere in carne sua, quæ deerant passionibus Christi, quia, licet solæ penas, quas Christus passus fuerat, satis esse potuissent, tamen ad maiorem Sanctorum perfectionem, & charitatis communicationem voluit Sanctorum satisfactiones suis coniungi, & Ecclesie prodesse. Cum enim addit Paulus, Pro corpore eius, quod est Ecclesia, satis significat, se non solum sustinuisse passionibus in carne sua, vt coniunctæ Christi passionibus sibi prodesse, sed etiam vniuersæ Ecclesie, p qua Christus pati voluit, non solum in seipso, sed etiam in membris suis, vt exponunt Chrysost. Theophyl. Anselm. D. Thom. & alii, Clarissime August. Psalm. 61 vbi inter alia multa inquit, Patitur Christus in membris suis, id est, in nobis ipsis, ad communem hanc quasi Rempublicam, nã quisque pro modulo nostro exsoluimus quod debemus, & pro posse virium nostrarum quasi canonem passionum inferimus, paritoria plenaria. Quæ verba statim ex D. Thom. exponemus; in eis tamen satis significat August. passionibus singulorum Sanctorum ad communem aliorum utilitatem prodesse, quauis modum huius utilitatis non declaret. Item fauet August. in enarratione super Psal. 86. vbi ponderat Paulum dixisse, se adimplere quæ desunt passionum Christi, non in carne Christi, sed in carne sua, vt inde colligat, Paulum loqui de Christo, non tantum in propria persona, sed vt coniuncto corpori suo, nam propter hanc coniunctionem solent attribui Christo ea, quæ sunt in membris eius, iuxta illud Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? Et Matt. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Verum est, verba Pauli non ita esse cõstruenda, vt particula illa, in carne mea, coniungatur cum verbo, desunt sed cum verbo adimpleo, ita vt sensus sit, Adimpleo in carne mea, quæ desunt passionum Christi: tamen sub passionibus Christi videtur Paulus comprehendere etiam passionibus quæ supererant sustinendæ in carne ipsius, vel aliorum Sanctorum, & ideo satis probabiliter exponitur, vt loquatur de Christo mystice, vt coniuncto corpori, & membris suis. Atque iuxta hanc expõsitio-

ten ex Pauli ad Cor. 1. Primum, quod horum Pauli sensus.

Improbatur D. Thom.

Secundus sensus.

Greg. Bellarm.

Tertius sensus ad præsentiam.

Chrysost. Theophyl. Anselm. D. Thom.

Aug.

Act. 9. Matth. 25. Gloss.

Quædam assertio Scripturæ legitur. 2. Joh. 11. 8.

Idem ex Paulo ad Rom. 15. dicitur.

Ambr. Chryl. Anselm. D. Thom.

1. Cor. 9.

Efficax non probatur.

nem colligitur ex hoc loco thesaurus satisfactionū, qui est in Ecclesia ex Christi infinita satisfactione, & Sanctorum etiam passionibus, & satisfactionibus coalescens, de quo dicemus in disputationibus sequentibus, tractando de Indulgentiis, Et hoc significavit Glossa ibi, quam D. Th. refert, dicens, Passiones adhuc desunt, eo quod pariter meritorum Ecclesia non est plena, nec adimplebitur, nisi cum seculum fuerit finitum. Est autem pariter (ait D. Tho.) vas, vel domus, ubi pariter multa inseruntur. Hoc deniq; significare fortasse voluit Orig. homil. 24. in Num. circa prin. cum ait, non solum Christi sanguinem, sed etiam aliorum Sanctorum, & iustorum valere ad expiandum pro parte aliqua populum.

Orig.

Ratio asser-
tionis.

Act. 4.

Aug.
Chryso.

Potissima vero ratio superius tacta est sumpta ex vinitate corporis Ecclesie, & vnione membrorum eius: hæc enim vnio maxime fit charitate, quæ sicut in multis, & ex multis efficit cor vnum, & animam vniam, vt dicitur Act. 4. ita bona omnia facit communia, seu communicabilia, non tantum corporalia, sed etiam spiritualia, quantum expedit seu rationi consentaneum est, vt eleganter explicat Aug. tract. 32. in Ioan. circa finem & Chryso. homil. 41. in 1. ad Corinth. qui ad hoc etiam expendit verba Pauli 2. ad Corinth. 1. *Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multis personis eius, quæ in nobis est, donationis, per multos gratis agantur pro nobis.* Ex quibus colligit Chryso. solere Deum aliis propter alios gratificari. Et infra subdit, *Vnum corpus omnes sumus, sint membra licet alia aliis illustriora, vndeque ventam ipsis impetrari licet, precibus pro ipsis effusis, muneribus datis, consortio eorum, inter quos velut commune corpus referuntur.*

7
Tertul.
Cypri.
Pape.
Lindan.
2 Cor. 2.

Tandem in hoc fundata censetur quædam antiqua Ecclesie consuetudo: solebant enim Ecclesie pastores publicis penitentibus aliquid de pœna, seu satisfactione debita remittere propter aliorum iustorum intercessiones, & satisfactiones, vt colligitur ex Tertul. lib. ad Martyres, cap. 1. & Cypriano, Ep. 11. alias libr. 3. Epist. 15. quibus locis Pamcl. id notat, & Lindan. lib. panop. cap. 73. Imo aliqui putant hoc insinuatum esse à Paulo 2. ad Cor. 2. dicente, *Cui aliquid donastis, & ego, id est, Rogastis me, vt ego remittere, & ego id feci: vnde subdit, Nam & ego quod donasti, si quid donasti, propter vos, in persona Christi.* Nam, si ministri Christi in persona eius quibusdam fidelibus remittunt, siue pœnas, siue satisfactiones, vel relaxant censuras propter aliorum iustorum intercessiones: hæc enim omnia sub illis verbis comprehenduntur, vt ex Ambrosio, Theodoro, & aliis colligere licet, ergo & ipse Christus quibusdam remittet pœnas peccatorum propter aliorum intercessiones, seu satisfactiones. Quin potius Cyprian. supra & epistola decima tertia & 14. significat, ideo pastores Ecclesie solitos fuisse admittere libellos deprecationum, & intercessionum Sanctorum confessorum, qui pro fide Christi constanter patiebantur, & ideo martyres interdum appellabantur, & propter eos consueuissent facilius remittere aliis qui lapsi fuerant, & in coru fessioe fidei defecerant, quia existimabant apud Deum etiam eorum intercessiones efficaces esse. Vnde inquit Cyprianus, *qui libellos (scilicet intercessionum) à martyribus acceperunt, prerogatiua eorum apud DEVM adiuuari possunt, & iterum, auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possunt.* Cum ergo remissio pœnæ temporalis minimum sit eorum, quæ in peccatorum remissione donantur, ad eam maxime poterunt quidam fideles ab aliis adiuuari.

8
Ratiō fū-
damentis
hereticorum

Ad duo prima fundamenta hereticorum satis est in superioribus responsum. Falsum enim est, remissa culpa, semper remitti omnem pœnam, & contrarium de fide certum, vt supra vidimus. Christi autem satisfactio sicut non excludit indigentiam seu necessitatem proprie satisfactiois, ita etiã non exclu-

dit, quin possit vnus alteri suffragari. Tertium autem fundamentum postulat, vt explicemus modum huius suffragij seu auxilij, quod ad huiusmodi effectum possunt fideles sibi inuicem prestare, quem modum seq. sect. exponemus.

SECTIO II.

Vtrum vnus possit alteri suffragari pro illo satisfaciendo, seu pœnam illi debitam persoluendo.

Prima sententia quorundam modernorū Theologorum est, non posse vnum fidelem alteri suffragium ferre pro illo satisfaciendo, & soluendo pœnam debitam; sed solum impetrando ac merendo de congruo, vt Deus remittat talem pœnam, siue immediate gratis illam, vt condonando propter orationes alterius, siue dando aliquod auxilium propter easdem orationes, quo alter bene operetur ad huiusmodi remissionem obtinendam. Fundamentum huius sententiæ est, quia debitum pœnæ est debitum personale: ergo non potest per alium solui, Patet consequentia, nam in hoc proprie differt debitum personale à reali, quod reale soluitur per traditionem alicuius rei omnino distinctæ à debitore, & ideo solui potest per aliam personam, quia ibi intercedit virtualis donatio, per quã tertia persona rem suam donat debitori, vt per illam soluat creditor suo. At vero personale debitum dicitur illud, quod per actionem, vel passionem propriæ personæ soluendum est, & ideo non potest per alium solui, quia nõ potest vnus ita donare alteri actionem suam, vel passionem, vt illius propria efficiatur.

Quod autem huiusmodi debitum pœnæ hoc modo personale sit, ostendi potest primo, quia propter peccatum fit aliquis dignus pœna in seipso, non in alio: ergo contrahit debitum persoluendum per actionem, vel passionem propriæ personæ, non alterius. Secundo, quia hoc debitum pœnæ tale est, vt contrahi non possit per opus alienum, sed per proprium: ergo etiam è contrario solutio huius debiti non potest fieri per alienum opus, sed per proprium, Tertio, quia illud debitum, quod ex peccato relinquitur, ad satisfaciendum pro culpa eo modo, quo potest; seu (quod idem est) ad se disponendum ad remissionem culpæ, hoc, inquam, debitum non potest per alium solui, sed omnino personale est: ergo idem dicendum est de debito pœnæ quod ex eodem peccato relinquitur, etiam per remissionem eius quoad culpam. Quarto, quia meritum gratiæ, aut gloriæ ira est personale, vt nemo possit alteri suum meritum prestare, vt alteri valeat ad gloriam obtinendam, & sit quasi pretium illius mercedis, sed illud pretium esse debet proprium ac personale opus, quia per illud solum fit homo dignus vita æterna: ergo eadem ratione nõ potest vnus pro alio solvere reatum pœnæ temporalis, quia non potest per opus alterius fieri non dignus pœna, cuius per propriam culpam dignus esse debet, quãdiu autem manet dignus pœna, nõdũ est ablatu pœnæ reatus. Quinto, quia hæc pœna peccatis debita medicinalis est, & perripet ad quandam maiorem hominis sanctificationem; nemo autem curatur per medicinam alteri inhaerentem, nec fit sanctior per bonum opus alterius: igitur nec potest proprie soluere hoc debitum pœnæ per alterius satisfactionem. Sexto tandem, quia loquitur Scriptura de hac pœna, vt sustinetur ab vnoquoque peccatore in propria persona, ad Galat. 6. *Vnusquisque onus suum portabit, & 2 ad Corinth. 5. Vnusquisque recipiat prout gessit in corpore: & 1. ad Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Psalm. 61. Tu reddes vicium que secundum opera sua, cum similibus, Aliunde vero omnia*

quæ in superiori sect. adduximus, ad summum probant fideles posse se mutuo iurare orando, & impetrando.

3
Covollariū
ex prædicta
sententia.

Atque ex hac sententia inferitur, etiam si vnus iustus pro alio offerat opera sua satisfactoria, vt illi obtineat remissionem poenæ temporalis, & de facto illam impetret; nihilominus æque satisfacere per illa opera pro peccatis propriis, quia non se priuat fructu proprie satisfactionis: cum enim per suam poenam pro alio non soluat, consequens est, vt pro se soluat; Sicut iustus, quando orat pro alio, aut bene operatur, vt alteri impetret auxilium gratiæ, vel aliud bonum, non minus meretur sibi de condigno vitæ æternam, quam si nihil alteri mereretur de congruo. ita ergo, quauis alteri impetret de congruo remissionem poenæ, nihilominus pro se equaliter satisficit de condigno, ac si nihil alteri impetraret. Imo, sicut ex hac circumstantia orandi, vel intercedendi pro alio augetur moraliter bonitas, & dignitas ipsius operis, ita etiam augetur satisfactio de condigno pro peccatis propriis.

4
Prædicta
sententia
revertitur.
D Thom.
Bonau.
Durand.
Palud.
Rich.
Sot.
Gabr.
Alenf.
Adr.
Thurcre.
Nauar.
Caiet.
Bellerm.
Medin.
Cordub.
Pius V.

Hanc sententiam cenfeo esse falsam, & valde notuam in Theologia, ideoque omnino vitandam in materia adeo graui. Nam in primis Theologi omnes contrarium sentiunt D. Thom. in 4. d. 20. qu. 1. art. 2. qu. 3. & d. 45. q. 2. art. 1. & 3. contra gent. c. 158. Bonau. d. 20. art. 1. qu. 1. & 2. Dur. q. 2. Palud. q. 2. Rich. art. 1. qu. 3. Soto d. 19. q. 2. art. 4. & lib. 3. de Nat. & Grat. c. 6. Gabr. d. 16. qu. 2. art. 3. Alenf. 4. p. q. 24. memb. 24. art. 4. Adrian. quodlib. 8. art. 2. conclus. 3. Turcrem. in cap. Mensuram, & in cap. Quis aliquando. §. in Leuitico, n. 13. de Pœnit. d. 1. Nauar. tract. de Indulgent. notab. 13. per totum, & not. 22. n. 8 & 9. Couar. in cap. Alma mater, l. p. §. 4. n. 7. Caiet. tom. 1. Opus. tract. 16. q. 1. & §. Bellarm. libr. 1. de Indulgent. c. 2. Prop. 2. Etidem tenent Medin. & Cord. citandi scet. seq. quauis immerito soleat in fauorem prioris sententiæ referri, Denique addo Catechismum Pij V. cuius verba sūt valde notanda in fine totius materie de Sacramento Pœnit. n. 61. In eo, inquit, summa Dei bonitas, & clementia maximis laudibus, & gratiarum actionibus prædicanda est; qui humana imbecillitati hoc condonauit, vt vnus possit pro alio satisfacere. Et infra explicans modū huius satisfactionis ait, Qui diuina gratia præditus sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur, persoluere, quare sit, vt quodam pacto alter alterius onera portare videatur. Declarat igitur hanc satisfactionem esse solutionē debiti, quam vnus pro altero Deo reddit, & ipse acceptat. Et subdit, Nec vero de hoc cuiquam fidelium dubitand: locus reliquus est, qui in Apostolorum simbolo Sanctorum communionem profitemur.

Questionis resolutio.

Dicendum igitur est, posse fideles sibi inuicem suffragium ferre dum vnus pro alio soluit poenam temporalem, pro peccatis remissis debitam. Ratio à priori huius veritatis sumenda est ex diuina institutione, quam, vt sepe in superioribus dixi, in huiusmodi præmissis, vel poenæ taxandis nihil potest ex sola rei natura, definiri, sed necessaria est supremi legislatoris institutio, qui potuit vnam tantum poenā purgatorij præcisè ac definite pro peccato remisso præscribere, & tunc nullus posset in hac vita pro tali poenā etiam per propria opera satisfacere, tamen etiam potuit nō ita definite poenā taxare, sed quasi alternatiue, vel talem purgatorij poenam, vel aliā condignam, & moraliter æquivalentem huius vitæ; atque ita de facto fecit, supra ostendimus ex virtute, quam nisi habent ad satisfaciendum pro suis peccatis. Ita ergo nunc dicimus potuisse Deum disunctionem illam ita extendere, vt debeat homo tantam poenam in purgatorio sustinere, vel in hac vita pro illa satisfacere, aut per se, aut per amicos su-

Fr. Suarez, tom. 4.

os. Quod enim potuerit Deus hoc modo poenam hanc definire, videtur certissimum, tum quia nulla potest in hoc ostendi repugnantia, vt euidenter ostendemus soluendo argumenta prioris sententiæ; tum etiam, quia saepe punitur aliquis per iustam legem, non tantum in propria persona, sed etiam in filio, vel in alia persona sibi coniuncta: aliquando in poenam ponitur opus per se, vel per seruum, aut aliam personam coniunctam implendum: quia hæc ipsa coniunctio facit, vt talis poena non censetur omnino aliena, sed moraliter propria, quomodo puniuit Deus Dauid propter adulterium in filio, per mortem eius. Fideles autem ratione charitatis habent inter se specialem vniōē, ratione cuius, quod vnus pro alio patitur, non censetur omnino ab altero alienum: potuit ergo optime, seruata iustitiæ æquitate, ita poena hæc temporalis taxari, vt per nos, vel per amicos possemus pro illa satisfacere, interueniente ex parte satisfaciētis voluntaria oblatione suæ poenalis pro alio, tum quia hæc satisfactio debet esse voluntaria, tum etiam, vt per illam voluntatem tanquā per donationem quandam moraliter fiat hæc satisfactio alterius, pro quo offertur. Vnde, si reuera huiusmodi fuit diuina institutio, non est dubium, quin de facto possit vnus fidelis pro alio satisfacere, vere soluendo poenam pro altero, seu alteri debitam: quia est suo dominus sui operis, quatenus habet moralem valorem ad satisfaciendum, & quantum est ex parte voluntatis suæ, potest tale opus alteri donare: & quantum est ex parte diuinæ legis, sufficienter illi hoc modo satisficit; quia sicut ad veritatem disinctionis sufficit vnus membri veritas, ita in poena sub disinctione posita iustificat, si aliquo modo ex his, qui in lege designantur, sustineatur. Vnus autem modus ex concessis in lege erat, posse per se, vel per alium poenam sustinere.

Solum superest, vt probemus, huiusmodi fuisse diuinam institutionem, quod non possumus ratione ostendere, cum hoc pendeat ex diuina voluntate: nec etiam habemus testimonium Scripturæ, quod id sufficienter conuincamus: nam quæ in superiori sectione adduximus, de intercessionē per modum impetrationis, & meriti de congruo, possent in rigore declarari. Communis autem sensus Ecclesiæ, & perpetua traditio, quæ ex illa colligitur, videntur nobis sufficientem fidem facere huius diuinæ voluntatis & institutionis. Hoc enim modo videtur Ecclesia semper intellexisse quoad partem, Sanctiorum communionem, quam in simbolo profiteretur, vt Catechismus Romanus loco citato dixit. Et testimonia Scripturæ supra citata indicant, quæ indifferenter loquuntur, & quantum in se est, omnem communicationem possibilem, & cōuenientem includunt. Hunc item Ecclesiæ sensum colligimus ex vnanimi Theologorum confessione, quæ in re tam graui esse non potuit sine magno fundamento. Sequendo ex ipso nomine satisfactionis, est enim commune apud omnes, vnum iustū satisfacere pro alio; satisfacere autem, in proprietate, & rigore sermonis, non est impetrare gratuitam remissionem poenæ, sed est debitum soluere: & in hoc sensu vsurpatū est nomen satisfactionis in hac materia, vt recte adnotauit Catechismus Romanus supra n. 2. Alioquin etiam Sancti in patria possent nunc satisfacere pro nobis quia possunt etiā pro nobis orare, & remissionem poenæ efficacius impetrare, quā vnus viator possit alteri viatori idem beneficium obtinere ex vi solius impetrationis. Item alias ad satisfaciendum illo modo pro alio, in rigore non esset necessariū existere in gratia; quod est contra omnium sententiam, vt infra videbimus. Sequela patet, quia ad impetrandum à Deo aliquid beneficium sibi, vel alteri, non est simpliciter necessaria gratia ex parte petētis, quia impetratio non mittitur in propria iustitia, sed bonitate, & misericordia eius, à quo aliquid postulatur.

Diuina
fuisse institutio
vniū fidelis
pro alterius
poenā posset
satisfacere.

Ddd 3 Tertio

Tertio principaliter hoc colligitur ex alio dogmate communi consensu Ecclesie recepto, scilicet, esse in Ecclesia thesaurum spiritualem constitutum ex satisfactionibus, non tantum Christi, sed etiam ex superabundantibus satisfactionibus Sanctorum: de quo thesauro dicemus in sequentibus disputationibus de Indulgentiis: illud autem dogma necessario supponit satisfactionem unius posse alteri applicari illique prodesse ad solutionem pro pena debita; alioquin frustra esset ille thesaurus satisfactionum seu penalitatum, ut tales sunt: nec posset Ecclesia uti (ut sic dicam) divitiis illius thesauri ad redimendos fideles a suis debitis, seu reatibus poenarum temporarium, pro illis soluendo, quod est contra usum, & efficaciam indulgentiarum, ut postea videbimus. Atque hinc possent assumi duae congruentiae huius veritatis, quas soluendo argumeta melius declarabim.

7
Duobus modis posse alteri remissionem debiti. Primus modus.

Ultimo confirmatur haec sententia, quia vnus fidelis non potest suffragari alteri per modum impetrationis, vel meriti ad obtinendam immediate remissionem poenae temporalis: ergo oportet, ut id fiat per modum solutionis communicando illi, seu dando pro illo satisfactionem suam. Patet consequentia, quia praeter hos modos nullus alius est proprius, quo possit vnus alteri hoc suffragium praestare. Antecedens, & totum argumentum declaratur: quia duobus modis intelligi potest vnus impetrare alteri a Deo remissionem alicuius debiti; primo, impetrando illi bonum motum, seu auxilium, quo efficiat bonum opus, per quod possit remissionem talis debiti obtinere: & hoc modo certum est posse vnum fidelem iuuare alterum ad obtinendam remissionem poenae: imo etiam est certum posse iuuare ad obtinendam remissionem culpae non solum venialis, sed etiam mortalis: quia potest illi impetrare auxilium ad se disponendum, vel ad satisfaciendum eo modo, quo potest, pro tali culpa; quo modo potest vnus alteri mereri de congruo primam gratiam. Tamen ex his nec exemplis constat, cum Theologi tractant de satisfactione vnus pro alio quoad poenam temporalem, non agere de hoc genere auxilij, seu suffragij, alioquin etiam dicerent, posse vnum satisfacere pro alio quoad culpam venialem vel mortalem. Item, immerito dicerent talem modum suffragij esse solum ad remissionem poenae temporalis, nam potius esset ad bene operandum, & merendum coram Deo; consequenter vero, & secundario ac remote utilis esset ad obtinendam remissionem poenae temporalis iuxta dignitatem, & proportionem meritorij operis alteri impetrati. Item, ille modus suffragij non haberet locum circa animas purgatorij, quia ille non possunt per sua propria opera satisfactoria soluere poenam debitam, ut supra visum est: certum est autem, ut infra dicemus, hoc genus suffragij, de quo agimus, ad animas defunctorum extendi.

Questionem non broca. Agere de hoc modo suffragij.

8
Secundus modus.

Alio ergo modo intelligi potest vnum impetrare alteri remissionem poenae, immediate petendo, & obtinendo, ut gratis, & sine vlla satisfactione, vel compensatione tollatur. Et hunc quidem modum videtur admittere multi Theologi, praesertim circa animas purgatorij, de quorum sententia infra dicemus. Tamen illi non vocant hanc satisfactionem vnus pro alio, sed puram impetrationem; ac proinde non negant esse possibilem alium modum solutionis. Nec potest quis cum fundamento illum negare, si hunc modum impetrationis admittit: nam quippiam maius est impetrare alteri remissionem poenae omnino liberalem, quam impetrare, ut pro poena, quam alius debet, acceptetur, quam ego voluntarie sustineo, & pro ipso offero; & si rationes alterius opinionis valide essent, multo magis, pcederent contra hanc gratuitam condonationem ob alterius preces, ut inter respondendum ad illas declarabimus.

Vtinius vero ego existimo, illum modum remissionis, & impetrationis secundum legem ordinatam a Deo statutam esse impossibilem. Primo, quia nemmo potest sibi ipsi impetrare illo modo remissionem gratuitam poenae temporalis, ut supra disputado de satisfactione dixi, ergo nec alteri poterit, quia, ceteris paribus, efficacior est oratio ad impetrandum sibi, quam alteri. Secundo, quia intercedit eadem, proportionalis ratio, scilicet, quia, cum habeat aliquis vnde soluat, immerito postulat gratuitam remissionem, & quasi dispensationem in lege iustitiae, vbi nulla videtur sufficiens ratio misericordiae; ita ergo, cum aliquis habeat opera poenalia satisfactoria, quae possit pro alio offerre, cui suffragari cupit, immerito postulat illi remissionem poenae omnino gratuitam. Tertio, quia ipsemet Christus non obtinuit nobis remissionem poenae, nisi sustinendo poenam, & ita pro nobis satisfaciendo, & nunc, quoties de facto remittitur nobis aliqua poena temporalis propter Christum, id non fit sine applicatione, & solutione ex satisfactionibus ipsius Christi: ergo multo minus poterit vnus ex aliis hominibus impetrare alteri gratuitam remissionem sine vlla solutione.

10
Dices, posse saltem impetrare, ut sine solutione, quam ipse exhibeat, fiat remissio, applicando quoad hunc effectum satisfactionem Christi. Respondeo in primis, si argumenta contrariae opinionis efficacia essent, & quae probarent, hunc modum applicationis esse impossibilem, ac modum satisfactionis vnus pro alio per propriam satisfactionem, ut statim ostendat. Ac deinde quanuis ille modus non sit impossibilis, tamen sine fundamento dicitur esse ordinarius, aut vltimus a Deo: quia satisfactio Christi vltra proprium opus operantis non applicatur nobis extra sacramenta, sacrificium, & indulgentias, propter solam intercessionem, vel petitionem nostram: praesertim quae fit a priuata persona, nam de illa, quae fit nos auctoritate Ecclesiae, nonnulla est maior dubitatio, de qua infra dicemus. Neque de illo genere impetrationis, seu applicationis potest ostendi aliqua promissio, vel fundamentum sufficiens, alioquin dici etiam posset, vnum fidelem posse immediate impetrare alteri infusionem gratiae absque sacramento, vel contritione, impetrando immediate applicationem meritum Christi ad hunc effectum, quod tamen cum fundamento dici non potest. Verisimilius ergo est, non dari hanc impetrationem gratuitae condonationis poenae propter alterius petitionem: superest ergo, ut proprius modus suffragiorum fidelium quoad remissionem poenae temporalis, sit per modum solutionis, & satisfactionis vnus pro alio.

Satisfit argumentis contrariae sententiae.

11
Ad fundamentum ergo contrariae sententiae respondetur, negando assumptum in sensu ibi intento: nam reatus poenae temporalis potest quidem dici debitum personale: quia per se, & vi sua solum talem personam constituit debitoricem, ideoque ab illa potest iuste exigi, non est tamen ita personale, ut necessario sit soluendum per actionem, vel passionem solum talis personae, nec quia respicit legi iustitiae, poenam vnus pro altero oblatam in recompensationem debiti illius acceptari. Alioquin nec CHRISTI satisfactio posset hoc modo applicari alteri ad remissionem huius debiti per modum solutionis, sed tantum per modum impetrationis & meriti, quod absurdum est. Sequela patet, quia poena a Christo suscepta, non est poenitio, vel satisfactio poenalis alterius. Quod si dicatur, haec non sit satisfactio in propria persona, esse in persona sui capitis, idque satis esse, si per ipsum applicetur: hinc concluditur, illud debitum non esse in toto rigore personale, atque adeo simili ratione, non quidem aequali, sed proportionali, satis esse satisfactionem alterius membri pro altero susceptam, & oblatam.

Atque hinc sumitur prima congruentia supra pro-
missa huius institutionis, & legis diuinae, scilicet, vt
sicut est communicatio capitis ad membra, ita etiā
sit membrorum inter se in his, in quibus commode
esse potest. Quorum vnus est hęc satisfactio. Quo-
circa licet ex peccati vi aliquis fiat in se ipso dignus
pœna, nec reatus ille proprie, & vere sit in alio, ideo-
que ipsemet debeat luere pœnam, si aliunde ipsi non
subueniatur, nihilominus nõ repugnat huic digni-
tati seu debito pœnæ, vt per solutionem, & quasi
donationem alterius possit extinguī: quia, vt dixi-
mus, ex vi primæ institutionis, seu legis taxantis hęc
pœnam, non est præcisè posita, vt soluenda in pro-
pria persona, sed cum distinctione, & latitudine solu-
uenda, vel per se, vel per amicos.

12
Ad secundum.
Cur debi-
tum pœnæ
temporalis
per proprium
reatum per
opus alienū
contrahi
possit non
autem sic
solutio eius

Ad secundum negatur consequentia: nam debi-
tum pœnæ temporalis per proprium reatum non
contrahitur, nisi per culpam actuale, in qua non
potest esse communicatio: quia per solam volunta-
tem propriam committi potest, eo quod sit volun-
taria deuitati ad retributionem: solutio autem pœnæ po-
test ab alio fieri & alteri prodesse: quia quatenus ab
alio fit, seu offertur, bonum opus est, & ex charitate
fieri potest, prout vero alteri prodesse, seu pro illo ac-
ceptatur, potest etiam intervenire consensus eius,
quanquam hic non requiratur particularis, seu ex-
pressus: nam sufficit implicita, seu generalis volun-
tas, qua vnusquisque vult liberari à malo quantum
in ipso est. Loquutus sum autē de debito pœnæ per
proprium reatum, qui dicitur habitudinem ad prop-
riam culpam: nam, si loquamur de debito volun-
tarie sumpto per propriam obligationem, & quasi
fideiussione, sic potest aliquis habere debitum solu-
uendi pœnam pro alio sine propria culpa, quale debi-
tum suo modo fuit in Christo, & ex sententia mul-
torum Theologorum potest esse in vno homine ac-
ceptante penitentiam pro alio, vel promittente sa-
tisfactionem suam pro illa. Denique hoc argumen-
tum, & præcedēs manifeste deficiunt in satisfactio-
ne Christi nobis applicata.

13
Ad tertium.

Ad tertium negatur consequentia: quia remissio
culpæ pertinet ad intrinsecam retributionem, & san-
ctificationem hominis, & ideo non fit sine intrinse-
ca & proportionata dispositione eius, cui remitten-
da est (loquimur in adultis, & secundum legem or-
dinariam) remissio autem solius pœnæ temporalis
non reddit hominem meliorem, aut magis studio-
sum, & ideo fieri potest per extrinsecam actionem,
seu solutionem alterius, alteri communicatam. At-
que eadem fere est solutio ad quartum, quod sume-
batur ex merito gloriæ: neganda est enim conse-
quentia propter eandem rationem, quam tetigit D.
Thom. supra: quia meritum tale esse debet, vt in-
trinsece disponat hominem in ordine ad gratiam,
& sanitatem proportionatam præmio, quomodo
nullus disponitur per actum alterius, seu per pro-
prium remissio autem pœnæ non requirit nouam
sanctitatem intrinsecam, aut propriam dispositio-
nem virtutis, vt dictum est, & de animabus Purga-
torij constat. Vnde non est simile de dignitate præ-
mij & de carentia reatus, seu dignitate pœnæ: nam
illa dignitas semper fundatur in intrinseca sanctitate,
siue habituali, siue actuali, de qua agimus: dignitas
autem pœnæ licet orta sit ex culpa, non tamen sem-
per fundatur in culpa, quæ adhuc maneat physice,
aut moraliter: nam potest traditari in culpa iam re-
missa, & secundum præsentem iustitiam solum fun-
dari in hoc, quod nondum est sufficiens pœna soluta.
Et ideo per solam pœnæ solutionem, absque alia
intrinseca dispositione, vel maiori sanctificatione
potest illa dignitas, seu reatus pœnæ temporalis au-
ferri.

Cur non pos-
sit aliquis
suum metri-
sum ad glo-
riam tribuere,
postquam
pro illius
pœna facta
satis.

14

Accedit etiam alia ratio differentie, ex qua sumi-
tur alia congruentia optima prædictæ institutionis
quod ad satisfactionem, quæ non habet locum in me-

rito, quod meritum proprium & de condigno, de
quo agimus, ordinatur ad essentialē hominis bea-
titudinem & debitum statum in illa acquirendum;
in quo integre expleantur singulorum merita: nam
vnicuique datur præmium secundum totam meri-
torum mensuram: & ideo nunquam possunt ho-
mini aliqua merita superesse, quæ excedant præmia:
nec possit vnus aliquod meritum proprium dare
alteri, nisi se priuando aliquo præmio essentiali cor-
respondente tali merito, quod est alienum ab ordi-
ne charitatis. At vero satisfactio ordinatur ad re-
missionem pœnæ temporalis, quæ est quid acciden-
tarium ad statum beatitudinis, & sæpe fieri potest,
vt non sit necessaria homini satisfaciendi: quia for-
tasse non est debitor tantæ pœnæ, & ideo possunt a-
liquando esse in iustis superabundantes satisfactio-
nes. Ac propterea congruum fuit ex hac parte, vt sa-
tisfactio vnus possit communicari alteri, ne omni-
no sine proprio fructu, & effectu, maneret, quando
in ipso operante illum habere non possit ac propterea
etiam factum est, vt quando tales satisfactio-
nes ab ipsemet personis operantibus non donantur, &
applicantur alijs, reponantur in thesauro Ecclesiæ,
vt per Christi Vicarium possint dispensari. Rursus,
remissio temporalis pœnæ quæ est proprius fructus
satisfactionis, quid accidentarium est ad statū bea-
titudinis, & per se non auget, neque mutat intrinse-
cā sanctitatem, potestque reatus talis pœnæ alia via,
saltem per satisfactionem, auferri. Et ideo ex hac et-
iam parte congruum fuit, vt possit vnus alteri suam
communicare satisfactionem: quia hoc non repu-
gnat ordini propriæ charitatis, cū ob eam rem homo
nullum essentialē detrimentum patiatur in his, quæ
ad propriam bonitatem, vel ad beatitudinem perti-
nent: nam ad summum potest ob eā causam aliquo
tempore detineri ab ingressu beatitudinis, & ali-
quam grauiorem pœnam temporalem sustinere,
quod superabundanter compensatur ipso vsu cha-
ritatis, quæ in communicatione propriæ satisfactio-
nis exercetur, & essentiali præmio, quod illi respon-
det apud Deum, quod multo maioris momenti est,
vt per se constat.

Ad quintum argumentum facilis est responsio
ex dictis: concedimus enim, opera hæc pœnalia qua
tenus ordinantur ad remedium vitiorum, seu mor-
tificationem passionum, non posse formaliter (vt
sic dicam) seu efficaciter prodesse alijs, sed his tan-
tum, qui ea operantur: quia huiusmodi effectus fit
per talia opera physico, & connaturali modo, & nõ
habent vim ad illum cauendum, nisi in proprio
subiecto: quia operantur tanquam actus immanen-
tes in illo. Dico autem, formaliter, seu efficienter: quia
per modum impetrationis, vel meriti de congruo
etiam possunt hæc opera ab vno facta, alijs prodesse,
quia illa est quædā causalitas moralis, quæ ad alios
potest ordinari. Negamus autem sequi talia opera,
vt sunt satisfactoria pro pœna, non posse alijs com-
municari, & in eis habere totum effectū suum: quia
hic effectus est per se separabilis à primo, & contra-
rario: nam Deus non exigit satisfactionem tantum
propter curationem vitiorum, vel acquisitionem
virtutum; sed etiam propter vindicationem delicti
commissi, vt patet in animabus Purgatorij, in qui-
bus iam nec virtutes crescunt, nec vitia ementur, &
nihilominus puniuntur propter iustitiæ æquitatē,
sicut è contrario homo iustus quantum nullius pœnæ
sit debitor, exercet hæc opera ad moderandas pas-
siones, & virtutes acquirendas. Quanquam ergo hic
fructus semper in operante maneat, nec possit alteri
communicari, nihilominus fructus satisfactionis
potest alteri donari, alter vero, cui donatur, licet
possit fortasse illa via omnino liberari à debito pœ-
næ, nihilominus ad propria vitia, & passionem cu-
randas, seu moderandas indigebit proprio vsu, &
exercitio talium operum.

15
Ad quintum
Opera pœna-
lia quæ sunt
medicinalia
sunt, sicut præ-
dictum est, à
quo exercen-
tur.
Satisfactoria
autem pœnæ
sunt, quæ
com-
municantur

16
Ad sextum
Exponitur
Scriptura
loca.
August.

Ad sextum respondetur, illa testimonia Scripturae intelligi de retributione finali, & duo precipue in eis intedi. Vnum est, quod in diuino iudicio nullus contaminatur peccatis alienis, sed hoc modo vnusquisque onus suum portat, vt exposuit August. ferm. 24. de Verbis Apostolis, quomodo etiam supra dicebamus, nullum fieri reum poenae, nisi ex peccato proprio. Atque hinc fit secundo, vt in diuino iudicio, & ex vi iustitiae vindicativae Dei nullus condemnatur ad poenam in alia vita sustinendam (qualis est ea, quae per finalem sententiam imponitur) nisi in propria persona: hoc autem semper habet subintellectam conditionem: scilicet, nisi alia via homo pro poena satisfecerit, vel per alios ei subueniatur tempore congruo, seu in eo statu, in quo fit capax huius subsidij: nam quoad hunc effectum, locum habet quod in eodem c. 6 ad Galat. monuit Paulus, vt alter alterius onera portemus, quod de oneribus participanda infirmitatis exposuit Aug. lib. 2. de Consensu Euangel. c. 30. quae autem maior participatio infirmitatis, quam pro alio poenam suscipere? quod autem in praedictis sententiis: scilicet, vnusquisque recipiet, prout gessit in corpore, & similibus, subintelligenda sit aliqua similis conditio, manifestum est: quia alias nec per indulgentias, nec per sacramenta possemus illo onere liberari, quod haereticum est.

17
Corollarium
ex proxima
et vera
sententia.
D. Thom.
Soto.

Vltimo ex dictis concluditur oppositum eius, quod contraria sententia inferebat, nimirum quoties vnus pro alio efficaciter satisfacit, seipsum priuare fructu illius satisfactionis, quantum ad remissionem poenae. Quod expresse docuit D. Tho. d. 45. q. 2. ar. 1. quae. 4. & d. 20. q. 1. ar. 2. quae. 3. & est communis consensus aliorum Doctorum quos recitamus. Et sequitur manifeste ex dictis: quia haec satisfactio fit per propriam solutionem, & recompensationem aequalitatem: vnum autem satisfactorium opus, quod in ratione poenae est finiti valoris, solum potest secundum aequalitatem valere ad remissionem tanti reatus: ergo, si hunc effectum habet in alio pro quo offertur, non potest habere alium in iplo merite operante: nam hoc excedit valorem operis: sicut supra dicebamus, futurum esse in merito de condigno, si vnus posset alteri suum meritum dare, vt ratione illius acciperet condignum praemium, necessario enim esset ipse priuandus tali praemio: quia non potest idem meritum finitum duobus praemij, simul, & singulis eorum adaequari. Quod secus est in impetratione: nam haec non tollitur respectu sui, propterea quod etiam ad alterum ordinetur, vel e contrario: quia ad impetrationem non attenditur aequalitas, vel condignitas operis, seu operantis, sed liberalitas, & bonitas eius, qui oratur: Similiter etiam satisfactio pro alio, & meritum pro se non repugnant simul: quia sunt diuersarum rationum, & ad diuersos effectus ordinantur, fundanturque in distinctis principiis, seu proprietatibus actuum. scilicet bonitate, & poena, vt in superioribus explicatum est, imo inde fit vt ex satisfactio pro alio augetur potius meritum essentialis praemij, ceteris paribus: quia augetur opus charitatis, in qua praecipue meritum fundatur. Ac simili modo meritum de condigno respectu sui, & meritum de congruo respectu aliorum non repugnant simul in eodem opere: quia etiam sunt diuersarum rationum, & in altero non attenditur condignitas, seu ratio iustitiae, quae consideratur in altero, & ideo eadem charitas potest esse principium sufficiens vtriusque meriti. Secus vero est de satisfactio: nam haec, siue fiat pro se, siue pro alio debet fieri soluendo tantum, quantum debetur, & ideo non potest eadem satisfactio sufficere ad soluenda duo debita aequalia, proprium, & alienum: sicut ob eadem causam, qui suam satisfactioem vni applicat, non potest simul eandem pro altero offerre: quia non habet tantum va-

lorem. Vnde, si pro multis offeratur, minor est in singulis, quam si pro vno tantum offerretur, vt est communis sententia Theologorum in 4. d. 45. quam tenet etiam Scotus quodlib. 20. Antoninus 3. p. tit. vlt. cap. 2. Et ratio constat ex dictis.

SECTIO III.

Vnum Suffragia fidelium pro suis viuentibus inst. lib. vlt. ac de iustitia quoad remissionem poena temporalis.

Quaenus ostensum sit, hoc genus suffragij fieri per modum satisfactionis, seu solutionis, adhuc superest dubium, an ex parte Dei acceptatio huius solutionis sit ex iustitia, necne. Nam haec duo sapabilia sunt, vt in speciali disputatione de iustitia Dei latius & generalius declarauimus. Hoc ergo superest in praesenti tractandum, tamen: quia respectu diuersorum, pro quibus suffragia offeruntur, diuersa est dubitandi ratio, & incertitudo, ideo oportet simul dicere de his, quibus possunt haec suffragia prodesse, & in hac sectione agimus de viuentibus, postea vero de defunctis. Supponimus autem in hac quaestione, haec suffragia posse offerri pro aliis viuentibus quoad satisfactionem poenae temporalis. Quod est certissimum: nam omnia, quae adduximus, maxime procedunt de viuentibus inter se, & quae postea dicemus de defunctis, hoc a fortiori confirmant: nam quoad vnionem charitatis eadem est inter viuentes, quae est cum defunctis, quoad statum vero est inter illos quaedam maior proportio, & ita Scripturae, in quibus est sermo de his mutis auxiliis, seu suffragiis fidelium, frequentius de viuentibus inter se loquuntur. Hoc ergo supposito, difficultas est, an haec satisfactio vnus pro alio ita sit de iustitia, & de condigno, sicut pro seipso.

Prima sententia est hanc satisfactionem non esse de condigno ex iustitia, sed ex libera acceptatione ipsius Dei, quae potest etiam fundari in aliqua congruitate ex parte offerentis satisfactionem suam: non tamen propterea erit acceptatio infallibilis, etiam si iusto, & pro iusto offeratur. Ita Medina tract. 3. de Satisfactione, qu. 2. & 3. & tract. 6. de Oratione, qu. 19. in fine, Cordub. lib. 5. de Indulgentiis qu. 5. ad 8. Fundamentum est: quia poenitio est propria actio iustitiae vindicativae, quae veluti confert ius in ipsum merentem, qui deliquit, & ideo nunquam iudex tenetur satisfactionem per alium acceptare, etiam si alias foret aequalis sit, sed ius habet puniendi ipsammet personam. Vnde D. Thomas 3. p. qu. 99. artic. 2. dicit, in vindicativa iustitia solutionem fieri secundum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem soluentis. Dici potest hoc verum esse, si lex, quae poenam imponit, illam omnino limitet ad personam ipsius delinquentis, potuisse tamen ipsammet lege statui, vt sic peccans iuxta poenam afficeretur, quam per se, & per amicos soluere possit. Posita autem hac lege, satisfactio vnus pro alio erit infallibilis, & de iustitia, quando quidem iam soluitur poena lege statuta. Quidam respondent, etiam posita illa lege, satisfactionem quidem esse infallibilem, non tamen esse ex iustitia, quia non oritur ex ipsa rerum natura, & qualitate, sed ex lege Dei, & beneplacito. Sed hoc etiam praedictis auctoribus non placet, neque est verum: quia inter talem poenam, & delictum potest inueniri sufficiens proportio, vnde lex illa non confert aequalitatem, & valorem ipsi poenae, sed est quasi pactum, vel promissio sub conditione, vel taxatio poenae, seu modi puniendi delictum huiusmodi autem promissio, aut lex non solum non repugnat iustitiae, sed potius potest esse fundamentum illius, si aliunde aequalitas & proportio seruetur, vt

con. Anon.

Prima sententia.

Medina Cordub.

D. Thom.

D. Thom. 1. 2. 1. 1. 1. 1.

sepe supra dictum est. Melius ergo dicti auctores fa-
tentur hunc modum satisfactionis esse possibilem,
negant tamen eam legem, seu promissionem factam
esse: tum quia nec Scriptura sacra, nec traditioe
constat: tum etiam, quia sicut mereri, ita & satisfacere
de condigno pro alio censetur esse proprium
Christi Domini: tum denique, quia hæc satisfactio
solum fundatur à Theologis in vnione membrorum
Ecclesie, quæ per charitatem fit, hoc autem non satis
est ad rationem iustitiæ

Secunda
sententia.

Gabri.
Adrian.
Nauar.
Caiet.
Soto.

Contraria videtur esse communis sententia Do-
ctorum, quos sectione præcedenti retuli: nam, licet
diserte non vtiatur his verbis, *de condigno, & de ius-
titia*, tamen absolute loquuntur de hac satisfactio-
ne vnus pro alio, tanquam de certa, & infallibili: &
D. Tho. 3. contra gentes, c. 58. simpliciter ait, *sicut per
seipsum, ita & per alium potest aliquis satisfacere Deo, &
infra inquit, Affectio charitatis in eo, qui pro amico pati-
tur, facit magis satisfactionem Deo acceptam, quam si pro
se pateretur.* Significat ergo esse æque infallibilem
quoad acceptationem, & crescere aliquo modo quo-
ad valorem. Idem significant alii Doctores præfer-
tim Gabriel, Adrian, Nauaricus, Caiet. & Soto. Fun-
damentum esse debet: quia opus, quod ab aliquo
offertur in satisfactionem pro alio, ex se habet suffi-
cientem proportionem, & valorem moralem ad
compensandam penam: supponimus enim ex parte
satisfacientis concurrere omnes conditiones ad
hunc valorem necessarias, quas infra declarabimus.
Sed ex parte Dei etiam intercedit sufficiens ordinatio,
& promissio acceptandi satisfactionem vnus
pro alio, & ob illam remittendi proportionatam
penam Purgatorij: ergo nihil hic deest ad satisfac-
tionem de condigno. Minor probatur: quia supra
diximus, satisfactionem vnus pro alio necessario
supponere talem Dei legem in taxandis penis pec-
catorum, vt non limiteur ad propriam personam,
sed sub disunctione posita sit, ita vt vel perse, vel
per amicos solui possit: ergo, vel negandum est, v-
num posse satisfacere pro alio, vel fatendum est, il-
lam satisfactionem esse de condigno: neque locum
habet illa via media, quam Medina hic, & Cordub.
sequi videntur. Probatur consequentia: quia vel
dicta lex dicto modo posita est, vel non, si non est
posita, non erit satisfactio vnus pro alio per mo-
dum solutionis: si autem lex illa dicto modo lata
est, non potest satisfactio non esse de condigno:
quia, qui soluit penam iuxta modum à lege præ-
scriptam, ad nihil aliud tenetur, nec posset Deus ab
illo iuste exigere aliam penam: quia iam non est
debitor. Vnde, licet posset Deus, vt supremus Do-
minus, inferre totum illud malum, tamen non pos-
set illud infligere per modum penæ, nec vt iustus
iudex: ergo lignum est satisfactionem factam esse
de iustitia.

Dupliciter
potest dici
satisfactio
de condigno.

Pro resolutione huius dubij aduertendum est, du-
pliciter posse dici satisfactionem condignam, & de
iustitia: primo quia fit secundum quandam æquali-
tatem rei ad rem, quomodo dicitur aliquis condig-
ne emere, & secundum leges iustitiæ, quando soluit
pretium æquiualens, quantum & ipse voluntarie e-
mat, & alius etiam sine antecedente obligatione ius-
titiæ vendat. Secundo modo dici potest satisfactio
esse ex iustitia quia non solum est sufficiens, & æqui-
ualens, sed etiam intrinsece, ac necessario includit a-
ctualem solutionem, ita vt obliget iudicem, seu per-
sonam offensam ad illam acceptandam: ne possit
amplius exigere talem penam. Qui modus iustitiæ
inter Deum, & hominem locum non habet, nisi ex
suppositione pacti conditionati, seu promissionis ex
parte Dei de remittenda tanta penam sub conditione
talisi, vel talis operis, vt ex materia de Incarnatione
& ex citata disputatione de iustitia Dei suppono.
Vnde fit, vt hic posterior modus iustitiæ supponat
priorem: nam promissio diuina, nisi supponat ex

A parte operis sufficientem condignitatem, & æquali-
tatem, non inducet debitum iustitiæ, sed fidelitatis,
vt in dictis locis ostendi. Prior autem modus non
videtur necessario coniunctus cum posteriori, sed
separabilis ab illo: quia non obstante condignitate
seu proportionem operis, posset Deus, non promitte-
re mercedem respectu operis meritorij, aut com-
pensationem penæ respectu operis satisfactorij, vt
eisdem locis declarauimus.

Conclusio prima.

I N præfenti ergo quæstione certum videtur, satis-
factionem vnus pro alio esse posse, imo & esse de-
bere de condigno priori modo, nec minorem suf-
ficere. Hanc assertionem non negant Medina, &
Corduba: non enim putant deesse operibus iusto-
rum condignitatem ad satisfaciendum pro aliis, sed
solum negant esse legem, seu promissionem diuinam,
eandemque assertionem videtur conuincere ratio
facta pro secunda sententia, & omnia adducta in
præcedenti sectione. Nam si satisfactio non est æqua-
lis, & condigna, reuera non est solutio, sicut, quicquid
dat pretium æquale, non soluit rem, saltem integre,
sed ad summum ex parte: sed ostensum est hanc satis-
factionem fieri per modum solutionis: ergo fit
secundum proportionem æqualitatis: quia, vt dixi-
mus, nulla penam gratis remittitur, sed per debitam
compensationem. Vnde hic admittenda non est
solutio inæqualis tanquam ex parte sufficiens: quia
vel satisfactio, quæ pro alio offertur, vt illi remittatur
duo gradus penæ habet æqualitatem moralem
cum toto illo effectu: vel, licet non habeat cum to-
to, habet cum parte, verbi gratia, cum vno gradu
penæ: vel nec cum toto, nec cum parte condignant
æqualitatem, sed solum quandam congruitatem
cum toto effectu. Si hoc tertium dicatur, omnino
eueritur satisfactio per modum solutionis, solum-
que relinquitur per modum imperationis, & me-
riti de congruo: dicendumque erit, quando vni pro-
pter alium immediate penam remittitur, gratis re-
mitti, & non per veram recompensationem, quod
repugnat omnibus dictis in sect. præced. Si vero di-
catur primum, id est, quod intendimus, si autem di-
catur secundum, tunc gratis, & sine fundamēto di-
citur, propter talem satisfactionem remitti duos
gradus penæ, sed vnum tantum: quia non satis est,
vt offerens intendat totum hunc effectum, nisi et-
iam offerat sufficiens, & æquiualens pretium: quan-
tum ergo minus offert, tantum minus consequitur:
quia in hoc negotio nihil penam gratis remittitur. Et
ideo dixi, hanc satisfactionem non solum posse, sed
etiam debere esse condignam hoc modo, nec mi-
norem sufficere: & hoc aperte supponunt D. Thom.
supra & Palud. d. 20. q. 3. n. 23. & alii Doctores, dicen-
tes, cum, qui pro alio satisfacit, eodem opere non sa-
tisfacere pro se: quia eadem satisfactio finita non
potest adæquari duobus reatibus, proprio, & alieno;
requirunt ergo ad æquationem inter satisfactionem,
& reatum per illam tollendum.

D. Tho.
Palud.

Statim vero occorrebat inquirendum, an idem
satisfactorium opus oblatum pro alio, valeat æqua-
liter ad remissionem penæ obtinendam, ac oblatum
pro se. Aliqui enim existimant non valere in tanta
quantitate, seu ad tantum effectum, quod tribuit com-
muni opinioni Cordub. supra, sed certe Nau. Soto.
& alii, quos refert, id non dicunt, sed absolute aiunt,
hanc satisfactionem esse de condigno. Alii vero in
alio extremo aiunt, idem opus pro alio oblatum
plus valere, & ad maiorem effectum remissionis pe-
næ, quam oblatum, per se, propter maiorem quan-
tiam, magisque spontaneam charitatem. Quod videtur
significare D. Thom. locis supra citatis. Dicendum
vero est, formaliter loquendo, ac cæteris paribus,
idem

Num opus
satisfactorij
pro alio ob-
latum æque
valeat, ac
pro se offerretur.
Prima opi-
nio.
Cordub.
Secunda e-
pinio.
Dubii resolu-
tio.

D Tho.
Palud.
Soto.

idem opus, oblatum pro alio, vel pro se in satisfactio-
nem eundem valorem habere. Ita sentit D. Tho.
dict. d. 20. q. 1. art. 2. quæstionem. 3. si bene exponatur,
quem sequitur ibi Palud. q. 3. & Soto d. 19. q. 2. art. 4.
Et ratio est quia dignitas, seu valor talis operis non
sumitur ex relatione ad se vel ad alterum, sed ex cõ-
ditione ipsius operis, & dignitate gratiæ, seu chari-
tatis, à qua procedit. Sicut, si homo posset suum me-
ritum donare alteri, non inde diminueretur præ-
mium eius in altero: quia tatum præmium debetur
operanti illud opus, siue illud in se recipiat, siue in a-
lio: hoc enim solum pendere potest ex lege meriti à
principio statuta: idem ergo est in præsentis quoad
satisfactionem, & eff. Num eius, non enim diminui-
tur valor operis in ordine ad satisfactionem eo quod
alteri donetur, neque etiam remissio ipsius pœnæ,
eo quod alteri fiat, habet rationem maioris remis-
sionis, si alioqui pœna, quæ remittitur æqualis est.
Eademq; ratio est de augmento: nam idem opus sa-
tisfactoriũ formaliter ac præcise sumptũ, nõ fit ma-
ioris valoris moralis, eo quod pro altero offeratur.

7
In satisfac-
tione pro a-
lio duo con-
siderantur.

In hac vero oblatione duo distinguere oportet,
scilicet, & opus pro altero oblatum, verbi gratia, ie-
iunium, & voluntatem illam per quam ei donatur,
seu pro illo offertur, quæ voluntas & bona est, &
meritoria, & consequenter etiam esse potest satisfac-
toria per nouum gradum satisfactionis distinctum
à tota satisfactione, quæ est in ieiunio pro alio obla-
to. Vnde optime fieri potest, vt ex illa voluntate cõ-
iuncta cum opere ieiunij confurgat maior satisfac-
tio, quam fuisset in solo ieiunio per se, & sine tali
voluntate facta: tamen (quod considerandum est)
qui pro altero offert ieiunium in satisfactionem, nõ
necessario etiam offert pro illo quasi reflexiue illam
satisfactionem, quæ sibi accrescit ex illa voluntate.
Et ideo semper verum est, ieiunium illud pro alio
oblatum, non plus valere illi ad satisfactionem, quã
valeret alteri, quanuis ex illo charitatis opere alius
fructus accreuerit ipsi operanti. Quod si ponamus,
operantem non solum offerre pro alio ieiunium,
sed etiam totam satisfactionem, quæ ex opere char-
itatis sibi accrescit, ac deniq; totum hoc opus inter-
num, & externum prout hic, & nunc fit, sic verum
esse potest, totum illud opus oblatum pro altero
prodesse illi ad maiorem remissionem pœnæ, quam
solum ieiunium prodesset operanti, sed hoc non est:
quia idem opus præcise sumptum ex hoc capite fiet
magis satisfactorium: sed, quia cum illo coniun-
gitur nouus actus satisfactorius pro alio etiam ob-
latus, ex quo augetur satisfactio.

8
Etiam in sa-
tisfactione
pro seipso
posse illa duo
considerari.

Addendum vero est, etiam quando aliquis exer-
cet opus satisfactorium pro seipso, posse habere for-
malem voluntatem satisfaciendi pro se ex vera cha-
ritate erga Deum, vel seipsum, quæ voluntas aliquẽ
gradum satisfactionis addit ieiunio, vel alteri operi
simili. Et ex parte poterit cum proportione cõpara-
ri satisfactio pro alio ablata dicto modo cum satis-
factione pro seipso, & supererit videndum quanam
illarum voluntatum sit magis satisfactoria, an volũ-
tas satisfaciendi pro alio, vel pro se, cæteris paribus.
Nam, quia charitas bene ordinata incipit à seipso,
præsertim in spiritualibus, videtur ex hac parte vo-
luntas satisfaciendi pro se melior esse, & consequẽ-
ter magis satisfactoria: quia bonum illud, quod in-
tenditur, scilicet remissio pœnæ, & expeditio seu ac-
celeratio gloriæ, spirituale est: aliunde vero volun-
tas sustinendi malum pro alio videtur esse difficili-
or, & ex hac parte magis carnalis, magisq; satisfactoria.
Quidquid vero de hoc sit: nam foras se interdũ
potest esse excessus, interdum æqualitas, iuxta varias
circumstantias, semper tamen verum est, idem opus
satisfactorium non habere maiorem, vel minorem
effectum in alio, quam in operante, cæteris paribus:
voluntas enim satisfaciendi pro se, vel pro alio non
est eadem voluntas, neque habet idem obiectum: &

A ideo potest inter eas esse excessus, vel æqualitas iuxta
diuerfas circumstantias.

Conclusio secunda.

Secundo dicendum est, de posteriori modo con-
dignitatis, seu iustitiæ rem esse magis dubiam, pie-
tatem credi posse, etiam satisfactionem vnus pro
alio esse de condigno. Prior pars probatur argumẽ-
tis factis pro priori sententiã: præsertim, quia prior
condignitas separabilis est à posteriore: nam poste-
rior addit promissionem, & pactum diuinum, de
quo non habemus certam reuelationem, nec con-
uincentem, aut satis vrgentem rationem ex princi-
piis reuelatis. Declaratur vltima pars assumpta (reli-
quæ enim claræ sunt) nam, licet ad priorem condi-
gnitatem satisfactorij operis proximam, vt sic dicã,
& non omnino remotam necessarium fuerit, vt in
taxandis pœnis peccatorum Deus non restrinxerit,
vel limitauerit illas ad pœnas alterius vite, sed con-
cesserit facultatẽ aliquam commutandi illas in pœ-
nas voluntarias huius vite (vt aliis locis tractatum
est) non tamen est necessarium, vt Deus promiserit,
aut se obligauerit ad acceptandam satisfactionem
pro alio oblatam, sed hoc potuit referre suæ libe-
ralitati, seu liberæ voluntati. Nam eo ipso quod re-
spectu ipsiusmet peccatoris taxauit, vt pœna tali
peccato sic remissa respondens esset vel tanta in Pur-
gatorio, vel tanta in hac vita, factum est, vt talis pœ-
na, huius vite sit proxime condignum pretium tan-
tæ pœnæ Purgatorij. Dico autem proxime, quia sine
tali lege Dei, in ipso opere secundum se, & prout à
gratia facta, esset sufficiens proportio, & condigni-
tas ad talem effectum: illam tamen appello remotam,
quia de facto non sufficeret ad compensandum y-
nam pœnam per aliam, nisi diuina lex, & institutio
interueniret: illa vero posita, est sufficiens tale opus,
& quasi pecunia sigillata ad talem compensationem
faciendam. Et hinc vltimus consequitur, vt ex vil-
lius concessiois vnus opus satisfactorium pro a-
lio oblatum, sit proxime condignum tanquam va-
lor sufficiens ad recompensationem illam facien-
dam, etiam si Deus non promiserit, nec se obliga-
uerit ad talem commutationem, vel acceptationem
faciendam: potuit ergo esse institutio concessiua
(vt sic dicam) quam probant omnia dicta in priori
membro, & in præcedenti sectione, quanuis non fu-
erit promissiuã, de qua nõ videtur satis cõstare. Ne-
que hoc posito, remissio pœnæ gratis fieret, quando
Deus acceptaret satisfactionem vnus pro alio: nam
reuera fieret propter condignum premium & conse-
quenter secundum æqualitatem rei ad rem, quæ est
ratio iustitiæ, quamuis nõ esset ex obligatione iusti-
tiæ simpliciter, sed tantum ex suppositione contra-
ctus voluntarie iniçi, in qua voluntate acceptandi
vnus pro alio esset quædã gratia, & liberalitas, non
tamen in cõpensatione ipsa: sicut, qui rogatus ven-
dit pro pretio æquali: licet in voluntate vendendi
aliquod fortasse beneficium faciat, tamẽ in vendi-
tione ipsa nihil de pretij æqualitate remittit. Qua-
propter etiam iuxta illam sententiam dicendum nõ
esset, vnus hominem solum de congruo, vel impe-
tratorie satisfacere pro alio, aut è conuerso Deũ gra-
tis remittere propter petitionem alterius, cum iusta
cõpensatio interueniat: sed dicendum esset homi-
nem impetrare à Deo vt suam satisfactionem pro alio
acceptet, satisfactionem autem ipsam esse æqualem,
& è conuerso Deum liberaliter quidem acceptare,
remissionem autem ipsam non facere, nisi ob con-
dignum premium.

Nihilominus tamen altera pars propõsita, scilicet
verisimilius esse hanc satisfactioem vnus pro alio
esse absolute de condigno etiam posteriori modo
suadet ex contrario fundamento: quia non constat
in hoc

in hoc negotio, seu effectu magis, quam in aliis, institutionem ita esse factam, vt promissio separetur a concessione, seu quod data sit facultas cōdigne merendi, & operādi apud Deum, & non sit promissum prazmium, seu effectus proportionatus. Nam in omnibus aliis rebus non ita factum est: ergo nec in presenti est asserendum. Alioqui etiam posset dici, satisfactionem pro seipso ita esse institutam, vt possit quidem homo, quantum est in se, offerre poenam condignam, & acceptabilem, Deus autem acceptare non promiserit. Præterea si satisfactio vnus oblata pro alio, acceptari potest, vt æquiualens, seruata æquitate iustitiæ, quātm spectat ad æqualitatem rei ad rē, necesse est, vt ex vi illius legis per quam Deus taxauit poenas peccati reddendas, non statuerit, ac definiēti præscripserit, vt poena temporalis, quæ manere solet post remissam culpam, luenda sit in propria persona eius, qui peccauit, alioqui acceptare poenam alterius in compensationem, non esset secundum ordinariam legem iustitiæ, sed ex dispensatione eius, & ita non esset secundum condignam solutionem. Si autem lex non fuit illo modo definita, ergo posita est sub disunctione: ergo talis lex in virtute continet hanc promissionem acceptādi, seu remittendi poenam ab vno debitam ob satisfactioem eius nomine per alium factam. Quod, si quis contendat, potuisse Deum ita statuerre legem, vt daret locum illi disunctioni, nō tamē absolute & simpliciter, sed dependenter ex libera voluntate Dei, fautor me non videre in hoc repugnātiā, aut implicationem: tamen, cum non constat, Deum hoc ita disposuisse, ne sit ita consentaneum dignitati gratiæ, & vnioni, quam charitas efficit inter iustos, nec diuina etiam benignitati, credibilius profecto est, Deum simpliciter statuisse legem, vt per nos, vel per amicos saluifacere possemus. Atque hoc etiam videtur magis consentaneum communi modo sentiendi, & operandi fidelium, qui videtur ex antiqua traditione manasse: neq; in hac re maiorem certitudinem inuenio: neque etiam obiectionem difficilem, quæ in contrarium fieri possit.

Ad dunt vero aliqui, & est probabile, hoc maxime procedere quando vnus ab alio petit, vt pro se satis faciat, vel saltem scit, aut sperat alium oblatum pro se satisfactioem, eamq; acceptat, ac DEO pro se offert: quia per hanc voluntatem & oblationem videtur magis facere suam alterius satisfactioem. Nihilominus tamen dico, etiam si vnus pro altero offerat satisfactioem suo solo arbitrio, altero neq; petente neq; sciente, nihilominus infallibiliter acceptari, & habere infallibiliter effectum circa alium: tum quia iam satisfecit secundum poenam taxatam à lege: tum etiam, quia generali saltem, vel implicita voluntate vnusquisq; acceptat huiusmodi donationem, & vult liberari à poena, quacunque iustificatione sibi possibili.

Aliqui etiam addiderunt, necessarium esse, vt is, pro quo satisfactio alterius offertur, sit impotens ad satisfaciendum. Sed hoc necessarium non est, vt notauit D. Thom. d. 20. q. 1. art. 2. quæstion. 3. quia hæc communicatio non fundatur in impotentia alterius, sed in vnione charitatis, & in prædicta lege taxante dicto modo poenas peccatorum: neque oportet, vt nos restrictiones addamus, de quibus non constat.

SECTIO IV.

Utrum suffragia viuentium prosint etiam defunctis ad remissionem poenarum.

Arius hæreticus absolute negauit vtilitatē suffragiorum pro defunctis, vt sumitur ex Epiphaniæ hæresi 73, & Augustin. 53. referentibus, illum

negasse orandum esse pro defunctis. Idem negant hæretici huius temporis, & omnes, qui non credunt Purgatorium esse, consequenter hoc sentiunt: quia vt ostendimus, suffragia prodesse non possunt animabus in aliis locis existentibus, de quibus hæreticis superiori disputatione dictum est. Alij in extremo fuerunt errore dicētes, posse suffragia prodesse defunctis, etiam damnatis, & in peccato mortali decedentibus. Quod affirmari potuit iuxta sententiam, quæ communiter tribuitur Origeni de poenis inferni, quod æternæ non sint, sed aliquando saltem post longissima tempora finiendæ, vt supra attigi, & refert etiam Hieronymus Epist. 59. ad Autum, quid cauendum in lib. Patriarch. & Athanas. Orat. in id Ewangelij, Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, &c. Refert etiam August. 21. de Ci. c. 13. & 17. fuisse sententiam Platoniorum, nullam poenā vitæ futuræ fore æternam. Iuxta hunc ergo errorē facile dici posset, suffragia viuentium prodesse defunctis etiam dānatis, vel vt poenæ breuiores, vel certe vt dolerēt de suis peccatis, & sic ab illo statu liberētur.

Alij vero, etiam si poenæ æternæ sint, dixerunt, suffragia prodesse damnatis, vel omnibus, vel saltem hominibus, vel ex his, saltem iis, qui fidem habuerunt, idq; non vt à poenis omnino liberentur: sed, vt vel leuiores fiant, vel, vt in eis aliquam intermissionem, aut varietatem recipiant, vel saltem vt aliquo modo roborentur ad eas sustinendas, vel denique vt aliquod solatium recipiant, dum intelligūt, non omnino se esse ab amicis destitutos. Quas sententiæ latius referunt Gabr. lect. 56. in Canonem D. Anton. p. tit. 3. cap. 2. §. 2. Carthusin. 4. d. 45. qu. 2. & ibidem Palacios, & alij. Et in capit. Tempus, 13. quæst. 2. Glos. asseruit, non omnibus decedentibus in peccato mortali, sed his saltem, qui cum paucis peccatis decesserunt, prodesse suffragia ad remissionem poenæ: ita tamen, vt hæc remissio semper sit minor, & fiat secundum quandam proportionem, vt nunquam possit tota poena cessare. Alij tandem addiderunt posse suffragia prodesse defunctis, etiam beatis, ad gloriæ augmentum, quod aliquando significat Chrysost. vt hom. 33. in Matt. & homi. 3. ad Phil. & aliis locis infra tractandis. Duo ergo à nobis ostēdenda sunt: primum prodesse suffragia defunctis ad remissionem poenarum: secundum, & ad hunc effectum, & simpliciter ac proprie loquendo, nō prodesse omnibus defunctis, sed illis tantum qui in Purgatorio existunt.

Suffragia viuorum prodesse aliquibus defunctis, Conclusio de fide.

Primo ergo de fide est, suffragia viuentium prodesse aliquibus defunctis ad remissionem poenarum. Quod probant omnia, quibus supra ostendimus Purgatorium esse: nam ex hac veritate quasi à posteriori illa maxime ostenditur. Estq; manifestū, ac celebre testimonium illud 2. Machab. 12. Sancti, & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, vt peccatis soluantur. Quod testimonium egregie expendit, soluens omnia hæreticorum subterfugia, noster Bellarminus lib. 1. de Purgatorio c. 3. Idem probatur ex illo Tobie 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti confisus, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus: Sensus enim est pro animabus defunctorum oblationem sacram, seu eleemosynam esse faciendam. De quo testimonio videtur potest noster Turrianus libr. 4. contra Magdeburgenses c. 13. Facit etiam id Eccles. 38. Fili in mortuum produci lacrymas, &c. & infra, Et non despicias sepulturam illius, & infra, in requiem mortui requiescere sac memoriam eius & consolari illum in exitu spiritus sui. Vbi in prioribus verbis recte ponderat Iansenius commendari sepulturā defuncti, non quomodo cunque, sed

Primum hæreticorum error.

Secundus hæreticorum error.

Hieron. Alib.

Tertium error.

Gabr. Anton. Carthus. Palac. Glos.

Quartus error.

Chrysost.

Suadetur ex Scriptura 2. Machab. 12.

Tab. 4.

Turrian. Eccl. 38.

Iansen. lauson.

Etiam si alius non peccat, ut alius pro se satisfactioem offerat prodest.

Non necesse est, ut ille pro quo satisfactioem sit ad id impotens. D. Tho.

Epiphani. August.

Sed prout ordinatur etiam ad bonum animæ eius: A
 ideo enim dicitur, *Et secundum iudicium consege corpus
 illius*; id est, secundum fidelium morem cum preci-
 bus, & alio funebri ritu. Posteriora etiam verba in
 hunc sensum à multis intelliguntur, sed in eis non
 immoror: quia non multum virgent, si recte expend-
 antur, ut ibidem Iansenius aduertit. Magis fauent
 Eccl. 7. *Gratia datur in conspectu omnis vi-
 uentis, & mortuo non prohibeas gratiam.* Quorum ver-
 borum sensus est, non tantum viuus, sed etiam de-
 functis esse gratiam præstandam, sub qua gratia au-
 xilium suffragiorum comprehendit Catholicis omnes
 intelligunt. Hoc etiam conuincunt verba Pauli, ad
 1 Cor. 15. *Quid faciunt qui baptizantur pro mortuis, si
 mortui non resurgunt?* id est, qui poenitentiam agunt,
 & se affligunt, ut pro defunctis satisfaciât, iuxta ex-
 positionem probabiliorem, quam late tractauit 2.
 tom. d. 50. sect. 1. Citari etiam solet illud ad Rom. 12.
Necessitatibus Sanctorum communicantes, ubi aliqui le-
 gunt, *Memoria Sanctorum*, ut videri potest in Ambr.
 & Origene, ibi, & latius tractat Turrian. supra, cap.
 14. de sane sub necessitatibus Sanctorum, recte com-
 prehenditur indigentia suffragiorum, quando post
 remissionem culpam adhuc decedunt cû reatu poenæ.

Secundo definita est hæc veritas in multis Con-
 ciliis; vel quatenus in eis approbatur oratio pro de-
 functis, ut in Carthag. 3. cap. 29. Carthag. 4. capit. 79.
 Tolet. 11. cap. 12. Arelat. 3. ca. 12. Vafen. 1. capite se-
 cundo, quibus locis, pro his qui in poenitentia mo-
 riuntur, offerendum, & orandum dicitur. Nec mi-
 nus id probant alia Concilia, quæ prohibent offerre,
 aut publice orare pro his, quos in peccato mor-
 tuos esse constat, quæ infra commemorabimus. Fa-
 cit etiam, quod in Concilio Vafensi 2. capite quar-
 to statuitur, in missis, quæ pro defunctorum com-
 memoracionibus fiunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, si-
 cut in cæteris dicenda esse. Item in concilio Brach.
 1. capite 39. si mentio de Collectis, quæ in commemo-
 ratione defunctorum fiebant. Et alia similia su-
 mi possunt ex Concilio Cabilonen. 2. capite trigesi-
 mo nono, Aurelianen. 2. capite decimo quinto. Vor-
 matiensi capite octuagesimo, Nanneten. apud Gra-
 tianum de Consecratione d. 5. capite. Nullus, Epau-
 nensi apud eundem, 16. quæst. 6. capite. Si aliquis. Ac
 denique ex Concilio Lateranen. sub Innocentio 3.
 capite 66. & haberet in capite. *Ad Apostolicam*, de Si-
 monia. Et alia, quæ specialiter hoc definiunt de
 Sacrificio missæ, ut Concilium Tridentinum sessio-
 ne vigesima secunda, & alia, quæ in præcedenti to-
 mo, suo loco adduximus. Expressius idem Trident.
 sess. 25. decreto 1. definit, *Animas in purgatorio detentas
 fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sa-
 crificio iuuari.* Et in Concilio Florentino in literis sa-
 crionis Græci, & Latini in hoc articulo conueni-
 runt, scilicet, animas iustorum, qui in hac vita non
 plene satisfecerunt, poenis purgatorij post mortem
 purgari, & ut à panis huiusmodi releuentur, prodesse eis
 viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes,
 & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro
 aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ insti-
 tutum.

Tertio hæc veritas constat ex perpetua Ecclesiæ
 traditione: nam in primis in omnibus antiquis Li-
 turgiis Iacobi, Basilij, Chrysoctomi, & in aliis latinis
 officiis semper fit oratio, & oblatio pro defunctis,
 expresse etiam id monet Clemens Romanus libr. 8.
 c. 41. alias 47. & 48. & in Epist. 1. ad Iacobum fratrem
 Domini. Idq; obseruatum fuisse semper in Ecclesia,
 constat ex antiquis historiis, Euseb. libr. 4. de Vita
 Constant. c. 71. Niceph. libr. 8. histor. ca. 26. Platin. in
 vita Sixti 2. ubi refert eum instituisse, ut in missa se-
 cunda collecta ferret pro defunctis. Unde hic etiam
 addi possunt alia decreta Pontificum, quæ habentur
 extra de Celebr. missar. cap. *Quidam laicorum*, & cap.
Quæ reatur. Et 13. quæst. 2. cap. *Pro obcumbibus*, cum

seq. ubi dicitur, hanc esse Ecclesiæ traditionem. Quæ
 etiam constat ex Dionys. de Eccl. hierarc. c. 7. pag. 3.
 ubi ait, *Preces fundere pro mortuis à magistris nostris do-
 ctu à Deo accepimus.* Item Greg. Nazian. in funebri
 oratione de fratre, & in alia de patre, & eundem re-
 fert Damascenus in oratione pro defunctis (seu au-
 ctor illius orationis, quisquis ille fuerit) qui ex aliis
 Patribus, & Scripturis multa congerit. Athanasin
 Epist. ad solitariam vitam agend. refert orationem
 factam à Catholicis pro Eutichio ab hæreticis nece-
 rato, quod esse vtile dicit, q. 34. ad Antiochum, Epiph.
 in Anchor. in fine inter apostolicas traditiones hæc
 ponit; idem contra hæreses in 75. Chrysoct. hom. 69.
 ad populum, & 41. in 1. ad Corinth. & 32. in Matth.
 in fin. & homil. 3. ad Philip. refert Apostolicam tra-
 ditionem: idem hom. 21. in Acta. In hom. vero 4. ad
 Heb. agit de pompa funeris, ubi includit suffragia,
 licet distincte non explicet. Idem Theophil. Luc. 12.
 & Cyril. Hierosol. catechesi 5. mystagogica. *Oramus*
 (inquit) *pro omnibus, qui inter vos vita sancti sunt, cre-
 dentes magnum esse animarum iuuamen, &c.* Idem sup-
 ponit Ambros. in variis orationibus funebribus, &
 li. 2. Epist. 8. animam cuiusdam defuncti ait esse ob-
 lationibus Deo commendandam. Aug. late. libr. de
 Cura pro mor. agend. & in Enchir. c. 110. & aliis lo-
 cis supra citatis. Greg. 4. Dialog. c. 50. & 55. Bernard.
 serm. 63. & 66. in Cantic. Addo denique Tertul. lib.
 de Corona militis, c. 3. in illis verbis, *Oblationes pro
 defunctis, & natalitibus annua die facimus, quæ ibi notat
 Pamel. n. 36. alia loca eiusdem Tertulliani, & alio-
 rum Patrum adiungens.*

Hoc etiam confirmat antiqua consuetudo Eccle-
 siæ excludendi aliquem à participatione suffragio-
 rum Ecclesiæ, si in peccato aliquo moriatur. De qua
 videri potest Cyprian. Epist. 66. Et nunc etiam hoc
 seruat Ecclesia cum excommunicatis. Vide etiam
 post mortem consuevit Ecclesia vinculum excom-
 municationis tollere, quando defunctus signa pe-
 nitentiæ præbuit, iuxta ca. *A nobis*, 2. de Sent. excom.
 In quo euidenter supponitur, suffragia Ecclesiæ posse
 defunctis prodesse. Et iuxta hæc intelligenda sunt
 Conc. Toler. 11. cap. 12. & Carthag. 4. cap. 79. quæ sta-
 tuunt, ut, si contingat eos, qui poenitentiam agunt,
 mori ante reconciliationem, memoria eorum ora-
 tionibus, & oblationibus commendetur: nam ead-
 dem veritas ibi supponitur, loquuntur autem illa
 Concilia de agentibus publicam poenitentiam, qui
 non erant ab Ecclesia præcisi. De quo extat etiam
 optima definitio in Concil. Triburiensi. c. 31. quam
 infra expendemus.

Vltimo argumentari possumus ratione, quia etiã
 animæ defunctorum, quæ sine peccato decesserunt,
 viuunt nobis in charitate: ergo si aliunde adhuc
 in carcere detinentur, & indigent aliqua remissio-
 ne, possunt à nobis iuuari: nam hoc generaliter ve-
 rum est, membra eiusdem corporis posse se inuicem
 iuuare iuxta vniuersumque indigentiam, & facultatem.
 Quam rationem latius infra expendemus: & Cetera
 plura in cõfirmationem huius veritatis videri pos-
 sunt in autoribus modernis supra citatis, & Soto in
 4. d. 19. q. 3. art. 1. & d. 45. q. 2. art. 2. Canis. in Catechi-
 smo, tit. de Eucharistia, c. 7. & tit. de Poenitentia, c. de
 Purgatorio, Ruard. art. 16. Castr. contra hæres. verb.
 Suffragiorum. Torrenti in confessione Augustiana lib.
 4. c. 1. §. 9. 10. 11. & 12. Obiectiones autem, quæ contra
 hoc fieri possunt, videbimus lect. sequenti.

Quibus mortuis viuorum suffragia prosint;

SUPEREST, ut in particulari explicemus quibus
 mortuis hæc suffragia prodesse possint. Tres e-
 nim mortuorum gradus seu ordines distinguit Aug.
 in Enchir. c. 109. *Quidam enim, aut sunt valde mali, alij
 valde boni, alij in statu medio.* Et pro existètib; in pri-
 mo, vel

Eccl. 7.

1 Cor. 15.

Rom. 12.

Ambr. & Origen. Turrian.

Idem ostenditur ex perpetua Ecclesiæ traditione

Quæ ibi notat Pamel. n. 36.

Quæ ibi notat Pamel. n. 36.

Idem ostenditur ex perpetua Ecclesiæ traditione

Idem ostenditur ex perpetua Ecclesiæ traditione

Idem ostenditur ex perpetua Ecclesiæ traditione

mo, vel secundo ordine negat offerendum esse sacrificium, sed pro his tantum, qui in illo statu medio existunt. Quod nos de omnibus Ecclesie suffragiis intelligendum esse dicimus: nam quod ad hoc eadem est de omnibus ratio, vt omnes Theologi docent, & ipse Augustinus satis declarauit, cum sacrificio altaris elemosynas coniungens, quæ pro defunctis offeruntur: constat enim idem esse de orationibus, ieiuniis, aliisque pijs operibus. Qui autem appellatur ab Augustino valde mali, aut boni, aut medi, explicandum superest. Vt autem ab optimis incipiamus, qui sunt quasi regula, & mensura cæterorum, certum est per valde bonos intelligi ab Augustino beatos cum Christo regnantes, qui merito valde boni dicuntur, quia habent statum omnium bonorum aggregatione perfectum, & non solum mali non sunt, verum nec esse possunt: neque solum ab omni malo culpæ, sed etiam ab omni malo pænæ liberi sunt. Vnde valde mali dicuntur illi, qui sunt damnati, & in statu extremæ miseræ, quæ est summum malum. Vnde Gloss. supra citata valde errauit existimans quem existitum in inferno posse appellari mediocriter malum, eo quod propter pauca, vel leuia peccata mortalia damnatus sit. In quo errore fuit etiam Gloss. vlt. in c. Cum Martha, §. vlt. de Celebrat. missar. Constat autem hunc esse errorem tum quia pro nullo damnato offerri potest sacrificium, vt ostendi superiori tomo Disput. 78. sect. 3. tum etiam, quia is, qui nihil boni habet, nec habere, aut perficere potest. Deumq; odio habet, estque in summa miseria, non mediocriter, sed maxime malus censendus est.

Qui mortui dicuntur ab Augustino optimi. Qui valde mali.

Gloss. error.

Qui mortui dicuntur in statu medio.

Innocentij 3. distinctio 3. inuis me.

impetrationem alicuius boni, certum etiam est non posse nostra suffragia prodesse sanctis beatis, quantum ad augmentum essentialis gloriæ, nec esse necessaria illis quoad perpetuam conseruationem eius, nec quoad alia bona, quæ intrinsece & conaturaliter ad talem gloriam consequuntur: quia hæc omnia unicuique conferuntur iuxta propria merita, seu propriam gratiam, & charitatē. An vero nostra opera possint prodesse sanctis ad aliquam accidentalem gloriam quam in se ipsis recipiant, vel quoad extrinsecum honorem, quem in viuentibus, & à vitæ tribus recipere possunt, disputari late in citato loco superioris tomi, quibus nihil hic addendum occurrit. Proprie enim nos non impetramus sanctis intrinsecam gloriam, etiam accidentalem, quam possimus bene operari hac intentione, vt ex nostris bonis operibus, vel sacrificiis aliqua accidentalis gloria in eos reuoluetur potius obicitur, & quasi per occasionem, quam per propriam impetrationem, si caste loquamur. Et ideo dixerunt August. & Innoc. supra, oblationes pro sanctis esse gratiarum actiones, quæ Deo fiunt, & à sanctis cognoscuntur, ideoq; de illis gaudent, & ita accidentalis gloria eorum augetur. Honorem autem extrinsecum impetrare possumus, quatenus ille honor potius in nobis est, qui sanctos honoramus, & cedit in profectum, & vtilitatem nostram, vt Innocentius, & August. supra sentiunt, & Scholastici communiter loquuntur dist. 45. vbi præsertim Palud. qu. 2. & Palud. Soto quæst. 2. artic. 2. cum D. Thoma quæst. 2. artic. 2. quæst. 4. Syluestro verb. Missa. qu. 8. Antonin. 3. tit. 13. c. 6 §. 13. & tit. 32. c. 2 §. 2. & Nauarr. in Tractat. de lubil. notab. 21. n. 46. & sequentibus.

An quid prodesse possint nostra opera beatis.

Suffragia viuorum non prodesse damnatis, 2. Conclusio.

Secunda veritas est, suffragia viuorum non prodesse damnatis. Ita docent omnes Theologi citati cum Augustino etiam & Innocentio. Vt autem intelligamus in quo gradu certitudinis tenenda sit hæc veritas, aduertendum est, triplicem pœnam intelligi posse in damnatis, prima est illa, quam sustinent propter peccata mortalia, quorum remissionem in hac vita non obtinuerunt. Et quoad hanc est de fide suffragia viuorum non posse damnatis prodesse ad huius pœnæ expiationem, seu terminationem, quia de fide est, hanc pœnam esse æternam, ex immutabili lege Dei, vt constat ex vulgari loquutionibus Scripturæ, in quibus supplicium damnatorum æternum, & inextinguibile appellatur Mat. 3. & 25. cum similibus. Ex quibus certum est, satisfactiones nostras non posse ad hoc valere per modum solutionis, tum quia non possumus satisfacere pro pœna æterna, tum etiam, quia multo minus possumus satisfacere pro culpa aliena; quando autem culpa non tollitur, impossibile est satisfactionem exhibere pro pœna. Et ob eandem causam nemo impetrare potest, vt illa pœna cesset perdurante culpa: quia hoc repugnat diuinæ legi, & iustitiæ. Denique certum est, nec per modum impetrationis posse obtineri, vt damnatus, à culpa mortali, in qua decessit, liberetur, & consequenter à pœna: quia hoc etiam est contra diuinam legem, qua statuit damnatos perpetuo deserere, & iudicium cum eis facere sine misericordia vt dicitur Iacob. 2. Vnde Dionys. ca. 7. de Cælesti hierar. eos tantum defunctos ait posse precibus sanctorum iuari, qui sacerdotibus se in hac vita submiserunt: ideoq; non esse pro impijs orandū & Clemens lib. 8. Constitutionum, c. 43. postquam in præcedentibus capitibus exequias, & suffragia defunctorum commendasset, subdit, Sed hæc de pijs dicimus: impijs enim & amicti omnia bona externa pro eis largiari, neque iuuare queas. Cui enim viuo inimicus suis

De fide suffragia viuorum non posse damnatis prodesse ad huius pœnæ expiationem, seu terminationem, quia de fide est, hanc pœnam esse æternam, ex immutabili lege Dei, vt constat ex vulgari loquutionibus Scripturæ, in quibus supplicium damnatorum æternum, & inextinguibile appellatur Mat. 3. & 25. cum similibus. Ex quibus certum est, satisfactiones nostras non posse ad hoc valere per modum solutionis, tum quia non possumus satisfacere pro pœna æterna, tum etiam, quia multo minus possumus satisfacere pro culpa aliena; quando autem culpa non tollitur, impossibile est satisfactionem exhibere pro pœna. Et ob eandem causam nemo impetrare potest, vt illa pœna cesset perdurante culpa: quia hoc repugnat diuinæ legi, & iustitiæ. Denique certum est, nec per modum impetrationis posse obtineri, vt damnatus, à culpa mortali, in qua decessit, liberetur, & consequenter à pœna: quia hoc etiam est contra diuinam legem, qua statuit damnatos perpetuo deserere, & iudicium cum eis facere sine misericordia vt dicitur Iacob. 2. Vnde Dionys. ca. 7. de Cælesti hierar. eos tantum defunctos ait posse precibus sanctorum iuari, qui sacerdotibus se in hac vita submiserunt: ideoq; non esse pro impijs orandū & Clemens lib. 8. Constitutionum, c. 43. postquam in præcedentibus capitibus exequias, & suffragia defunctorum commendasset, subdit, Sed hæc de pijs dicimus: impijs enim & amicti omnia bona externa pro eis largiari, neque iuuare queas. Cui enim viuo inimicus suis

Suffragia non esse offerenda pro defunctis cum Christo regnantibus, 1. Conclusio.

Ex hac ergo doctrina tres Catholicæ veritates colliguntur. Prima est, suffragia non esse offerenda pro defunctis cum Christo regnantibus, quibus per se, ac proprie prodesse non possunt. Ita docet Innocentius 3. in dist. c. Cum Martha, & August. citato loco, & de Cura pro mortuis agenda. c. 1. & tractat. 84. in Ioannem, & ser. 34. de Verbis Apostoli: & consentiunt omnes Scholastici d. 45. Et quidem, si sermo sit de effectu suffragiorum, quantum ad pœnæ expiationem, est res certissima, quia in beatis nihil pœnæ superest, quod expiari, aut remitti possit. Si verus sit sermo de vtilitate suffragiorum, quantum ad

Innocent. August.

Iacob. Dionys. Clement.

Fr. Suarez. tom. 4.

Deus, haud dubium, quin sit etiam defuncto, non est enim A
intus in apud Deum.

32 Hinc etiam August. lib. de Cura pro mort. agend.
cap. 1. & 18. propter damnatos quoad poenam zter-
nam dixit, suffragia non prodesse mortuis valde
malis: De quibus integram habet disputationem lib.
12. de Ciuitate, capit. 13. & sequentibus, & capit. 24.
concludit, Ecclesiam nunquam orare pro eo, quem
scit esse damnatum. De qua re extant etiam multa
Patrum decreta 13. quæst. 1. capit. Quibus capit. Cum
grauis, & cap. Non est imemus, & cap. Pro obeuntibus,
cum duobus sequentibus. Et 23. quæst. 5. ex Concil.
Bracharensi. cap. 34. in capite. Placuit, decernitur ob
hanc causam, vt pro his, qui se interficiunt, nulla ob-
latio, nullumve suffragium fiat. Et in Concil. Tri-
buriensi capit. 31. de illo, qui in actuali peccato mor-
tali interficitur, dicitur, vt nullus pro eo presumat ora-
re, aut eleemosynam dare: & statim refertur hæc Au-
gust. sententia, Nemo se post mortem tuam fideliter re-
dimis, quia tu te redimere noluisti. Similis decisio su-
mitur ex c. Ex parte, tit. 2. de Sepulchris, vbi Glossa id
aduertit.

33 Ratio autem huius veritatis à priori est, quia mor-
tale peccatum dignum est tali poena: ex ordinatio-
ne autem diuina concessum est homini huius vite
tempus, vt in eo possit talis peccati remissionem
obtinere per poenitentiam: post hanc autem vitam
constituitur in termino, in quo iam non conceditur
poenitentiae locus. Quæ omnia aliis locis, præsertim
1. p. quæst. 64. & 1. 2. quæst. 72. & 83. fufius demon-
stranda sunt. Statim vero occurrebat hic quæstio, an
contingat interdum Deum in hac lege dispensare:
quam sufficenter atig. supra in 2. tomo, disout. 43.
sect. 3. vbi dixi, iuxta veriore doctrinam, nūquam
in hac lege Deum dispensasse, proprie loquendo;
nunc vero addo, presumpuofum ac temerarium
esse talem dispensationem à Deo postulare, vel in
communis pro damnatis, vel pro aliquo in particu-
lari, nisi fortasse aliquis ex speciali intuitu Spiritus
sancti ita ad hoc moueretur, vt resistere non possit:
nam hoc non cadit sub lege ordinaria, vt constat ex
his, quæ de Donis Spiritus sancti Theologi tradere
solent.

34 Atque hinc vterius colligitur, suffragia viuentiū
non prodesse defunctis damnatis ad aliquam miti-
gationem, remissionem, aut intermissionem huius
æternæ poenæ, quæ illis debetur propter culpā mor-
talem non remissam. Quæ pars, licet non sit tam ex-
presse de fide, sicut præcedens, est tamen fidei pro-
xima, oppositaque censetur esse erroneam. Nam,
præter communem consensum Theologorum, &
Patrum, est valde consentanea illis loquutionibus
Scripturæ, Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aqui-
lonem, in quo ungue loco ceciderit, ibi erit. Eccles. 11. &
illis, Mortuo homini in pio nulla erit vltima spes. & expe-
ditio sollicitorum, salsas Ethnicorum, peribit. Prouerb.
11. Nam licet aliqui hæc verba interpretentur de spe
temporalium honorum, à fortiori seu multo magis
intelliguntur de spe euadendi malum illud, aut ali-
quam partem eius. Idem colligitur ex aliis multis,
quæ leguntur Iob. 7. 10. 15. 20. & 24. Iaiæ 24. & 33. &
similib. de quibus videri potest Hieronym. Ionæ 3.
& Cyprian. ad Demetrianum in fin. & Chrysofom.
homil. 9. in 1. ad Corinth. Præterea colligitur fere e-
uidenter ex principis fidei: nam, si damnatis remit-
terentur poenæ propter suffragia viuorum, paula-
tim possent auferri, saltē quoad poenam sensus, seu
quoad politicum dolorem: esto poena damni nun-
quam tollatur: consequens autem etiam hereticum
est, quia Scriptura sacra etiam cruciatum ignis, &
vermem conscientia dicit esse æternum. Sequela,
probat, quia poena illa quoad intensiorem finita
est: finitum autem per ablationem finiti consumi
potest. Nam responsio illa de diminutione per par-
tes proportionales sophistica est, & sine vilo funda-

mento: nam remissio hæc per quandam recompen-
sationem, aut imperationem fieri deberet: si ergo
per tale opus obtineretur remissio vnus gradus po-
næ, cur per opus simile, & cæteris paribus non obti-
nebitur remissio alterius gradus, sed dimidiū tan-
tum? Imo, licet hoc daremus, saltem opus duplo
perfectius valebit ad remissionem alterius gradus;
& sic augendo numerum operum iuxta numerum
graduum poenæ, & valorem vnus cuiusque operis
iuxta dictam proportionem, sufficere ad obtinen-
dam remissionem totius poenæ.

Simile argumentum fieri potest ex multitudine
iustorum suffragantium eidem animæ damnatae:
nam: si vnusquisque eorum sufficit ad vnam particu-
larem poenæ tollendam, si plures conueniant, &
æqualiter operarentur, possent totam poenam au-
ferre: nec enim rationabiliter dici potest, dimini-
endum esse fructum operis vnus cuiusque, solum
propter confortium plurium, & in cæteris est æqua-
litas. Hæc vero argumenta non procedunt de in-
termissione poenarum, quia posset semper integra
poena redire, quauis aliquantulum cessaret: repug-
nat autem hoc æternitati poenæ, non enim est fu-
tura æterna per intermissionem, & reditum ad po-
nam: sed per continuam durationem. Quauis e-
nim fortasse sit aliqua vicissitudo poenarum in in-
ferno, tamen nunquam erit requies: vnde aperte di-
citur Apocalyp. 14. Fumus tormentorum eorum ascen-
dit in secula seculorum, neque habet requiem die ac nocte.
Denique, quæ ex Augustino, & aliis Patribus ad-
duximus circa superiorem partem, hanc demon-
strant, vt amplius in sequenti puncto explicabimus.

Secunda poena, quam patiuntur damnati in in-
ferno, esse potest propter mortalia peccata iam re-
missa quoad culpam, non tamen quoad totum poe-
næ reatum, quia pro illo in hac vita non plene satis-
fecerunt. Tertia poena huic non dissimilis est, quam
patiuntur propter culpas veniales, eum quibus de-
cesserūt, simul cum mortalibus, & de vtroque gene-
re harum poenarum est aliquorum Theologorum
sententia, quæ non reputatur erronea, sed mere opi-
natio, non esse æternas sed aliquando finiri. Pari-
ergo modo videtur posse sub opinione constitui, quod
suffragia valere possint damnatis ad breuiorem re-
missionem huius poenæ, quia omnia, quæ adduximus
fundantur in æternitate poenæ; & ideo non viden-
tur quoad hanc poenam procedere. Præsertim, quia
intelligi possunt de damnatis formaliter quatenus
damnati sunt; non autē de finiri damnatis prout patiun-
tur has poenas, quia nec propter venialia peccata,
nec propter reatum poenæ temporalis damnati sunt.
Nihilominus certum etiam existimo, suffragia non
prodesse damnatis quoad vllam remissionem, vel
culpæ venialis, vel alius poenæ ex dictis. Primo
quidem, quia probabilius est, culpam venialem nū-
quam remitti in inferno, nec poenam aliquam qui-
buscunque peccatis debitam ibi finiri, vt in superio-
ribus ostensum est. Secundo, quia, licet finiri posset
per satisfactionem, non tamen per suffragiorum
communicationem, vt recte sentit Medina Cod. de Medi-
Oratione. q. de his, pro quibus orandum est, & pro-
prius quæ de Valore orationis pro alio fuit. Et ratio
est, tum quia infra ostendimus, suffragia non pro-
desse his, qui sunt in peccato mortali; tum etiā quia
damnati sunt extra statum alieuius gratiæ, vel miseri-
cordiæ, quantum spectat ad iudicium peccatorū,
vt supra testimonio Iacobi ostensum est. Ecceprime
confirmatur ex facto diuitis damnati petentis ab
Abraham aliquod refrigerium, qui nullum miseri-
cordiæ signum ab eo potuit obtinere, Lucæ 16. Item
ex parabola diuitis, qui suo conferuo misericor-
diam negauit, & ideo traditus est tortoribus, quoad
usque redderet vnusersum debitum, Matthæi decimo.
Non octauo, cui consonat illud Matthæi quinto, Non
exeat inde, donec reddas nouissimum quadrante. Ex
quæ

Vide eundem
Aug. serm.
34. de Ver-
Apofoli, &
serm. 118. de
Tempore,
Fulg. de fide
ad Petr. c. 3.
Conc. Bra-
chiar.
Conc. Tri-
bur.

33
Ratione o-
stenditur.

34
Suffragia
non prodesse
damnatis
ad remissio-
nem aut in-
termissio-
nem æternæ
poenæ pro-
pter morta-
le delictum.
Eccles. 11.
Prou. 11.

Iob.
Iai.
Hieron.
Cyp.
Chrysof.

Apoc. 14.
Per Iosif.
Eccles. 11.
Prou. 11.
Matthæi 5.
Lucæ 16.
Matthæi 5.
Matthæi 5.
Matthæi 5.
Matthæi 5.

SECTIO V.

Quibus, & similibus testimoniis intelligimus, in pœnis damnatorum, quæcunque illæ sint, nullum admitti genus compensationis, aut gratiæ, sed ita esse definitas, vt in propria persona, & in illo loco, & per illa instrumenta sustinenda sint. Et hoc confirmat traditio Ecclesiæ supra adducta de non orando pro damnatis: nam, si vel ad leuamen harum pœnarum prodesse illis possemus, saltem hac oratione orandum esset pro ipsis. Satis ergo probata relinquatur proposita veritas. Nonnulla vero, quæ hic obici solent ex Patribus, expendit sufficienter Belarminus supra capite decimo octauo, & nonnulla nos attigimus in locis superius citatis ex secundo & tertio tomo.

Suffragia Ecclesiæ prodesse posse animabus purgatorij, 3. Conclusio.

Quibus modis profint animabus purgatorij suffragia viuentium.

A Gimus præcipue de fructu remissionis pœnæ temporalis: nam, si fortasse opera nostra valent illis animabus ad aliquam consolationem, vel bonum motum internum recipiendum, certum est solum per modum impetrationis, aut meriti de congruo posse id obtinere: quia meritum de condigno in puro homine solum habet locum & in ordine ad se ipsum, & in ordine ad vitam æternam, vel ad ea, quæ se ad illam ordinantur: neutrum autem horum habet locum in præfenti, vt per se constat. Item, quia inter viatores non potest vnus mereri alteri de condigno auxilium gratiæ, seu internum motum, aut spiritualem consolationem; ergo multo minus possumus hoc mereri de condigno animabus purgatorij, quia ex parte nostra est minor communicatio cum illis, quam cum viuentibus, minorq; conuenientia in statu: ex parte autem Dei non magis est facta promissio respectu animarum purgatorij, quam respectu aliorum viuentium. Estq; eadem ratio, vt facta non sit, videlicet, quia operi meritorio apud Deum semper respondet de condigno essentiale præmium in ipso opere, ad æquatum ipsi operi secundum naturalem proportionem, & condignitatem eius, quo præmio nunquam priuatur ipse operans, & ideo non habet aliud præmium de condigno in altera persona nam hoc excedit valorem, & proportionem finiti operis. Ac vero, sicut, non obstant hoc merito de condigno respectu sui, potest quis impetrare, & mereri de congruo aliquod temporale, vel spirituale commodum aliis amicis viuentibus, ita etiam verisimile est posse idem fieri respectu defunctorum iustorum, qui adhuc in carcere decidentur, indigentq; aliquo subsidio, & consolatione. Nec de hoc genere auxilij aliquid certius dici potest, præterquam quod est rationi, & pietati consentaneum, & satis conforme vsui, & rationibus Ecclesiæ, vt constat ex toto officio pro defunctis.

Bona opera viuentium solum posse sunt valere de congruo, vt autem a aliquem bonum motum vel consolationem accipiunt.

D Questio ergo præfens versatur ne remissio de temporalis pœnæ: nam hoc est proprium subsidium, quo per se ac maxime indigent animæ purgatorij, & ideo hic effectus est certior, quam reliqui, eumq; maxime intendunt Ecclesiæ, & fideles, quando pro defunctis operantur. Duobus autem modis, generatim loquendo, potest hic effectus fieri: vnus est per modum impetrationis, sub qua meritum de congruo comprehendit: alius est per modum solutionis & satisfactionis condignæ, vel cum pacto & promissione acceptandi eam, vel sine illa: nam præter hos modos, alius, qui sit ab his distinctus, hic interuenire non potest. De prædictis autem duobus modis merito dubitari potest.

Sensus quæstionis.

Profintne suffragia viuorum animabus Purgatorij per modum impetrationis.

Circa priorem difficultas est, an temporalis pœna interdum remittatur gratis animabus purgatorij propter orationes, & merita aliorum iustorum, qui hoc impetrat à Deo, etiam si vel suas satisfactiones pro illis non offerant, vel certe illas non habent, nec efficiant, vt eas offerre possint. In qua re est prima sententia, quæ generaliter affirmat, hunc modum impetrationis & suffragij non solum esse possibilem, sed etiam nullum alium posse nos exhibere animabus purgatorij ad hunc effectum obtinendum. Hoc à fortiori tenent illi Theologi, qui inter viuentes non admittunt alium modum satisfactionis

Prima sententia.

Ecc 2 vnus

17 Tertia veritas est, suffragia Ecclesiæ prodesse posse animabus purgatorij. Hæc satis probatur à sufficienti enumeratione, & ex omnibus dictis in priori membro. Et consequenter etiam concluditur, suffragia hæc prodesse posse animabus purgatorij, non solum ad aliquam mitigationem pœnarum, sed etiam ad integram remissionem. Quod facile ostendi potest applicando argumentum paulo antea factum: quia illa pœna finita est quoad gradus: ergo si potest remitti per suffragia, potest etiam omnino tolli, vel multiplicando successiue suffragia, vel simul in personis diuersis, vel ita augendo vnum & idem opus, vt multis operibus satisfactorijs, atque adeo toti pœnæ æquivalent. Denique, cum illa pœna temporalis sit, ideo q; finita intentione, & extensio, mirum non est, quod per opus etiam finitum compensari possit. Quomodo autem id fiat, dicemus sectione sequenti, vbi simul explicabimus an omnes animæ Purgatorij sint capaces suffragiorum.

18 Dicit vero aliquis, diuisionem datam non esse æquatam, ideoq; nec doctrinam hanc satis esse completam: quia nec pueri decedentes cum solo originali peccato, vel si qui decedunt cum solo originali, & veniali; nec etiam animæ Sanctorum Patrum, quæ erant in Sinu Abrahæ sub illis membris comprehenduntur. Respondetur, omnes hos status posse ad illa tria membra reduci, vt in superiori tomo dixi. Nam in primis non admittimus aliquos in culpa veniali cum solo peccato originali decedentes: nec si essent, illis prodesse suffragia, propter gratiæ defectum. Quæ ratio in omnibus pueris locum habet. Vnde, quod ad præfens spectat, animæ puerorum reputantur tanquam valde malæ & damnatæ: quia reuera perpetuo puniuntur pœna damni, & in illa nullam possunt remissionem accipere: aliam vero non patiuntur, pro qua iuari possint: sunt ergo omnino extra viam, & irremissibiliter extra gratiæ: & ideo non sunt capaces suffragiorum. Quod etiam adnotauit Nauar. in Commentario de libil. notabil. 22. n. 46. Status autem Patrum in Sinu Abrahæ iam est finitus, & ideo non oportet illos in prædicta diuisione comprehendere: quatenus vero nihil mali personalis (vt sic dicam) patiebantur, & sancti erant, & omnino confirmati in bono, poterant sub valde bonis comprehendi: neque illis poterat suffragia prodesse quoad remissionem alicuius propriæ pœnæ. Tamen, quia nondum beati erant, & communem totius naturæ pœnam adhuc sentiebant, poterant dici mediocriter boni, & fortasse suffragia iustorum illius temporis, seu orationes poterant illis aliquod gaudium, vel consolationem afferre. Quod est probabile, licet incertum. Certius vero est, quod sicut iusti tunc merebantur Christi incarnationem, vel eius accelerationem; ita etiam consequenter poterant illis Patribus, vt eorum exilium finiretur.

Obiectio contra doctrinam datam.
Solutio.
Præfens limbo non sunt capaces suffragiorum.

vnus pro alio: nam hoc principium apud omnes certum est. Non posse nostra suffragia esse efficaciora ad remittendam poenam defunctis, quam alius viuentibus. Sed hæc sententia sicut inter viuentes falsa est, ita & respectu defunctorum; quod eisdem argumentis supra factis probari potest cum his, quæ in discursu huius sectionis addemus.

⁴
Secunda
sententia

Cais.
Nauarr.
Soto.
Cano
Durand.

Est igitur secunda sententia, quæ affirmat, hunc modum gratiæ remissionis per modum impetrationis aliquando obtineri, quanuis alius etiam modus per æquivalentem solutionem sit possibilis, de quo infra videbimus. Hanc supponit Caietanus tomo primo Opusculi tractatu decimo sexto, questione quinta, sine vlla probatione; ille autem distinguit modum impetrationis, & meriti de congruo in duos, quos nos coniungimus, quia eadem est vtriusque ratio. Atque eandem sententiam admittit Nauarrus in cōmentario de Iubil. 22. nu. decimo quinto, & videtur sequi Soto, & Cano infra citandi, & tenet expressè Durand. i. in quarto, distinct. 41. qu. prima, numero sexto, quod solum declarat morali exemplo, quia vnus ex amore potest apud iudicem alium liberare à debito pœnæ, vel rogando, vel satisfaciendo. Potest autem fundari primo, quia beati orant pro animabus purgatorij: ergo eis obtinent remissionem alicuius pœnæ; non possunt autem obtinere soluendo pro illis, quia non sunt in statu satisfaciendi: ergo impetrant, vt gratis fiat remissio. Secundo, quia Ecclesia frequenter orat Deum, vt per suam piissimam misericordiam liberet animas purgatorij ab illis pœnis: ergo intendit impetrare gratuitam remissionem pœnarum. Tertio, quia Theologi omnes, vt infra videbimus, distinguunt tria genera suffragiorum, scilicet missæ sacrificium, orationem, & opera pœnalia: omisso autem missæ sacrificio, alia duo opera non possunt alia ratione distinguui, nisi, quia oratio sumitur quatenus per se impetrat remissionem pœnæ absque æquivalente solutione: nam, si ipsa oratio hunc effectum non consequitur nisi soluendo, hoc facit quatenus quoddam opus pœnale, & satisfactorium est: ergo non oportebat illam specialiter numerare, potius quam elemosynam, vel ieiunium, aut alia similia: ergo sentiunt Theologi orationem habere hanc vim ex propria ratione impetrationis. Quarto, quia in hoc nulla est repugnãtia, & est consentaneum diuinæ liberalitati & generalibus locutionibus, & promissionibus de oratione, *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, cum similibus. Denique, quia non est maius beneficium remissio pœnæ temporalis, quam elargitio alicuius gaudij, vel spiritualis cōsolationis: si ergo Deus liberaliter hoc beneficium confert animabus purgatorij propter orationes viuentium, cur non etiam illud?

⁵
Questionis
solutio.

Hæc sententia est pia, & probabilis, & fortasse est vera: nihilominus tamen duo mihi occurrunt dicenda: primum est, hunc modum remissionis valde esse incertum, & nõ satis fundatum, vt facile statim patebit discurrendo per coniecturas adductas. Secundum est, satis verisimile mihi esse, Deum nunquam remittere alicui poenam pro peccatis debitã, nisi oblata seu applicata condigna satisfactione, atque adeo nunquam id facere omnino gratis, sed seruata vindictiua iustitiæ, & commutatiua, ac distributiua, quatenus cum illa coniunguntur. Hoc posterius mihi persuadeo illis argumentis, quibus supra probaui, neminem posse sibi impetrare gratuitam remissionem pœnæ: ex quo intuli, neminem posse alteri viuenti impetrare hoc modo remissionem pœnarum: quia in huiusmodi rebus, & cæteris paribus, nullus efficacius impetrat alteri, quam sibi: eadem ergo proportione nunc infero non posse hoc impetrari animabus purgatorij, quia in hoc genere nõ possumus aliquid efficacius impetrare mortuo, quam viuenti, & quia hæc etiam est impetratio re-

A spectu alterius, quæ non est efficacior, quam respectu sui. Vnde duobus modis intelligi potest oratio fieri pro defunctis, vt à pœnis soluantur. Primo de finite petendo, vt gratis, & sine alia solutione pœnis remittatur. Secundo petendo simpliciter liberationem earum iuxta modum, & leges diuinæ prouidentię. Prior modus orationis probari satis non potest, ex posteriori autem non colligitur ille modus gratiæ remissionis: vtrumque autem constabit discurrendo per capita, quæ in argumentis contrariæ sententiæ attinguntur.

Num beati animabus purgatorij aliquam Pœnæ remissionem impetrant.

B Circa orationes ergo beatorum pro animabus purgatorij non defuerunt auctores Catholici, qui negarunt orare beatos pro animabus purgatorij, quod tenuit Soto in 4. dist. 45. qu. 3. art. 2. in fine, pro his eandem sententiam indicat ibi D. Tho. 2. 2. qu. 3. art. 3. ad 6. & Durand. q. 1. vbi ait, vnum defunctum non posse prodesse alteri ad remissionem pœnæ: potest autem exponi de defunctis non beatis, quia paulo antea dixerat, mortuos non posse prodesse viuis, nisi sint beati: ergo, quod subdit de mortuis inter se, intelligendum videtur de mortuis non beatis. Obstat tamen ratio, quam subdit, scilicet, quia status merendi de congruo, vel de condigno solum est in hac vita: quod principium æque verum est in defunctis non beatis, ac in beatis: non recte autem colligit Durand. ex illo principio quod intendit, quia non tantum fuerat loquutus de modo, iuuandi alios per viam meriti, sed etiam per viam impetrationis: status autem impetrandi non finitur cum hac vita, obsecure igitur loquutus est, & supponere videtur tantam clarum, mortuos non posse prodesse mortuis per modum impetrationis.

Nihilominus certum existimo sanctos beatos interdum orare pro animabus purgatorij. Nam, quod illæ animæ precibus beatorum iuuentur, communiter docent Theologi, Diuus Thomas in 4. distinct. 45. questione secunda, articulo tertio, questione 1. & ibidem Soto questione secunda, articulo tertio in vltimis verbis circa primam conclusionem ait, missas oblatas in honorem aliquorum Sanctorum pro defunctis, posse eis prodesse, vt *Deum exoratum curret pro eisdem defunctis*: sentit ergo Sanctos exorare Deum pro defunctis. Atque idem sentit Gabriel lect. 55. in Canonem, & Supplementum eius dicta distinctione 45. questione secunda, articulo secundo, conclusione tertia, & ibidem Bonau. Richard. & alij, & Abulens. Matthæi 6. questione 83. Bellarminus libro secundo de Purgat. cap. decimo quinto. Estque aperte sententia Augustini libr. de Cura pro mortuis agenda, capite quarto, vbi ait, ad hoc prodesse defunctis sepeliri in locis sacris in honorem aliquorum Sanctorum dicatis, vt eisdem Sanctis commendent defunctos, apud Dominum ab ipsis Sanctis adiuuandos: quod etiam in capite primo ex sententia Paulini retulerat. Idem iuritur ex primo de ciuitate, capite duodesimo, & decimo tertio, & ex Gregorio, quarto Dialogorum capite 50. Anselmo in Elucidario. Imo videtur hoc aperte supponere Ecclesia: nam in quadam oratione pro defunctis postulat, vt defuncti ad beatitudinem perueniant, *Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis*. Ratio etiam addi potest, quia hoc est officium charitatis; & non repugnat, sed consentaneum est Sanctorum caritati.

Ex hoc autem, quod Sancti orent pro animabus purgatorij, inferre debetur, impetrare illis gratiã remissionem alicuius pœnæ, atque ita concedit Viguerius in Sum. cap. 16. §. 4. verfic. 33. videtur sumi ex cap. Anima. 13. q. 2. vbi sic dicitur, *Anima defunctorum* quatuor

quatuor modis solentur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum elemosinis, aut tenentur cognationum. Nihilominus tamen, licet Sancti orent pro animabus, non sequitur, quod immediate impetrent gratiam remissionis alicuius peccati. imo verisimiliter videtur, non hoc postulare à Deo. Primo quidem, quia videtur hoc non esse contentaneum diuinæ iustitiæ, neque interuenire causam aliquam dispensandi, vel vtendi sola misericordia, cum iam illæ animæ sint in statu, in quo iustitiæ æquitas potius, quam gratia, aut misericordia seruanda est. Secundo, quia alias preces Sanctorum facile purgatorum euacuantur, quia preces Sanctorum efficaciores sunt, & frequentius, generalius, ac feruentius fiunt. Et fortasse hoc solum voluit dicere Soto in primo loco supra citato, ne sibi contrariis fuisse videatur; & quia præcipue motus est secunda ratione modo facta. Item ex eo, quod Sancti non sunt in statu satisfaciendi, sicut vni & quia suffragia (inquit) existentibus ex purgatorio non profunt, nisi per modum satisfactiōnis, sic, vt pro illis Sancti non orent, vtique oratione, quæ per se immediate efficiat, seu obtineat remissionem, seu liberationem. Et hoc ipsum sentit D. Th. eadem d. 45. qu. 3. art. 3. ad 6. cum enim obieciſſet argumentum à nobis factum, quia, si Sanctorum preces exaudiuntur, & illi orant pro animabus purgatorij, omnes illas liberabunt. Respondet, Suffragia Ecclesiæ sunt pro defunctis, quædam satisfactiones viuentium vice mortuorum, & secundum hoc mortuos à pœna absoluit, quam non soluerunt: sed Sancti, qui sunt in patria, non iunt in statu satisfaciendi: & ideo non est simile de eorum orationibus, & de suffragiis Ecclesiæ. Quibus verbis videtur dissimilitudinem constitutere non in hoc, quod Ecclesia militans orat pro animabus purgatorij, & non Ecclesia triumphantis: nam potius in argumento assumit Sanctos orare pro illis animabus, & in solutione id non negat, sed admittit: differentiam vero in hoc ponit, quod orationes Ecclesiæ militantis sunt suffragia, quæ per se & immediate sufficiunt ad remissionem peccatorum, orationes vero Sanctorum huiusmodi non sunt. Et ratio differentie est, quia orationes Ecclesiæ sunt satisfactiue, ideoque sunt sufficientes ad solvendum pro illo, quod non habent orationes Sanctorum. In qua ratione, & solutione plane videtur D. Th. mas supponere pœnas purgatorij non remitti, nisi per modum solutionis, & satisfactiōnis, ideoque orationes beatorum per se non efficiere immediate talem remissionem, & consequenter nec ad eam sic obtinendam ordinari, aut fundi.

Possunt igitur Sancti orare pro illis animabus, primo exorando, vt satisfactiōnes viuorum pro eis accipiuntur; quod maxime locum habet, si illa acceptatio non est infallibilis ex lege, quod postea videbimus. Secundo, postulando, vt Deus præbeat viuenticibus auxilia ad satisfaciendum debito modo pro animabus purgatorij, ita vt efficaciter earum liberationem consequantur. Tertio petere possunt, vt liberatio animarum à purgatorio acceleretur, etiam si necesse sit diuturnitatem temporis intensione peccatorum compensari: hoc enim commutationis genus, quantum aliquam gratiam continere videatur, non tamè omnino excludit æqualitatem iustitiæ; & ideo minus repugnat illi statui: Quarto, verisimile est Sanctos, qui in hac vita reliquerunt aliquas superabundantes satisfactiōnes proprias, posse obtinere à Deo, vt his vel illis animabus purgatorij ad remissionem peccati applicentur. Cum enim illæ satisfactiōnes non habuerint effectum, nec fuerint remuneratæ, applicari possunt alicui, in quo talem effectum habeant, & ad hoc manent in thesauro Ecclesiæ, vt infra videbimus: cū vero talis satisfactio fuerit propria alicuius Sancti, qui in hac vita poterat eam applicare, cui vellet, non videtur amississe hoc ius ac potestatem per mortem, aut beatitudinis statum. Quod

Fr. Suarez. tom. 4.

si hoc verum est, quantum aliquis beatus immediate obtineat alteri remissionem peccati, non tamen gratis, vel sine solutione faciendam: quia de sua satisfactiōne persoluit quod alter debet. Secus vero est de satisfactiōnibus alienis, non enim est similis ratio, nec videtur vni Sancto commissum vt satisfactiōnes alterius applicet cui voluerit, multoque minus datum est Sanctis omnibus, vt applicent satisfactiōnes Christi: & ideo, seclusa satisfactiōne propria, non possunt aliam applicare, & consequenter neque immediate impetrare remissionem peccati.

Dices, Ergo vnus Sanctus poterit etiam impetrare ab alio, vt suas satisfactiōnes applicet. Respondetur, concedendo illatum. Imo hic esse potest alius modus, quo Sancti possunt subuenire animabus purgatorij; neque est in conueniens quod Sancti inter se aliquid inuicem petant. Sed vrgebis: Ergo omnes inferiores Sancti poterunt impetrare à Christo, vt de sua satisfactiōne tantum applicet huic, vel illi animæ, quantum illi necesse est, vt à purgatorio liberetur: ergo hoc modo possunt impetrare liberalem remissionem, quæ respectu animæ gratis fiat quantum respectu Christi fiat ex iustitiâ. Respondeo, etiam hunc modum suffragij Sanctorum esse probabilem; ita tamen, vt non intelligamus aliquem Sanctorum habere potestatem applicandi suo arbitrio Christi satisfactiōnem: nam hoc proprium est Christi, vel vicarij, seu ministrorum eius, quibus hoc ipsum specialiter concessit, sed ita, vt possint tales Sancti impetrare à Christo, vt ipse talem applicationem faciat. Mihi autem valde dubium est, an Christus Dominus per se aliquando vtatur hac potestate: nam ipse est tanquam vniuersalis causa, & fons totius remissionis; & iam constituit instrumenta, & quasi causas secundas, per quas sua satisfactiō applicaretur: & ideo secundum ordinariam legem verisimile est, non applicare per se ipsam, & immediate satisfactiōnem suam, vt omnino gratis, & sine medijs ab ipso institutis peccata remittat. Quod si hoc aliquando facit, erit ex speciali dispensatione, quæ sub legem, vel scientiam non cadit: & ideo verius videtur, regulariter, & secundum ordinariam legem, Sanctos hunc modum applicationis, aut remissionis non postulare.

Quid impetrent Ecclesiæ orationes animabus Purgatorij.

Ex his facile constat, quid dicendum sit de orationibus, vel suffragiis, nomine totius Ecclesiæ factis. De quibus procedebat secundum fundamentum prioris sententiæ: D. Tho. autem loco proxime citato generatim ait, hæc suffragia in tantum solvere mortuos à pœna, in quantum sunt satisfactiōnes quædam vice illorum, & idem sentit Bonauentura distinctione 45. articulo primo, questione prima, ad vltim. dum inquit, quæuis propter suffragia, remittatur pœna, nihil manere impunitum: quia punitur vel in ipso, qui peccauit, vel in alijs pro ipso. Et ad eundem modum loquuntur Soto, & alij Scholastici. Igitur quando Ecclesia pro defunctis orat, in primis omnia illa petere potest, quæ beatos petere diximus, quod difficultatem non habet quoad tria priora: quoad quartum vero incertum est, an Ecclesia per has orationes publicas, quas fundit pro defunctis, intendat eis applicare aliquam partem satisfactiōnis ex thesauro suo, constante ex superabundantibus satisfactiōnibus Christi, & Sanctorum: nam hæc applicatio fieri non solet, nisi per indulgentias, non constat autem factam esse ab Ecclesia generalem concessionem alicuius indulgentiæ, quæ ex vi talium orationum, seu suffragiorum communium applicetur, de quo infra dicam. Præter hæc vero orat Ecclesia pro defunctis, vt pro eis satisfiat, & vt eis applicetur talium orationum valor: & in

10
Vnus beatus potest ab alio impetrare, vt suas satisfactiōnes alicui applicet.

Christi non applicare vis animabus suis satisfactiōnes per se, sed per Vicarium suum.

15



hoc excellunt orationes Ecclesie militantis orationes Ecclesie triumphantis, ratione diuersi status.

12
In quo sensu petat Ecclesia ut anima a poena aeterna liberetur.

Tandem aduerto, Ecclesiam in orationibus pro defunctis non tantum postulare ut liberentur a poenis purgatorij, sed etiam ut liberentur a gehenna & a poena aeterna inferni. In quarum orationum sensu explicado laborant Medina Cod. de Oratione questione de his, pro quibus orandum est, & Bellarm. libro secundo de Purgatorio, capite quinto, & supra agentes de Purgatorio aliquid tetigimus: veriorque sensus esse videtur, in eis orationibus ita Ecclesiam orare pro defunctis, ut tamen representet diem exitus eorum, & animas adhuc in corpore existentes, & constitutas sub ancipiti euentu mortis, aut salutis aeternae, & sub hac representatione postulet, ut a poenis inferni liberentur, id est, ut ita a Deo praeueniantur, & disponantur, ut per viam salutis incedat. Ad eundem ergo modum dicere possumus, postulare, ut liberentur omnino a locis inferni, & a poenis purgatorij. Vnde sicut Ecclesia non postulat, ut animae defunctorum saluentur, & liberentur a gehenna sine debita dispositione ac merito, ita non postulat, ut liberentur a purgatorio sine debita satisfactione, vel ab ipsis, vel ab aliis pro eis oblata. Et sicut probabile est, illam orationem Ecclesie, etiam si post mortem alicuius fiat, in praesentia Dei illi potuisse proficere etiam ante mortem, ut maius auxilium a Deo reciperet ad vitandum periculum mortis aeternae: quia alias non peteret alicuius Ecclesia, quod ex dispositione praeterita omnino pendebat. Ita credi potest, propter has rationes praesens interdum Deum iuuare fideles, ut melius se disponant, magisve satisfaciant in exitu huius vitae, ut ita facilius possint a poenis purgatorij liberari. Igitur quauis Ecclesia simpliciter petat, ut defuncti a purgatorio liberentur, non propterea petit, ut sine debita solutione per se, vel alios facta soluantur. Nec etiam refert quod petat, ut per misericordiam soluantur: nam haec misericordia non excludit iustitiam, sed prouidet modum, quo iusta remissio faciliori, & suauiori modo obtineatur.

5
Cur oratio inter genera suffragiorum pro animabus numeretur

Nec magis vrget tertia obiectio sumpta ex enumeratione suffragiorum: nam in primis in capite Anima, 13, quaestione secunda, non tantum tria illa membra, sed quatuor numerantur, scilicet obligationes sacerdotum, id est sacrificia, preces Sanctorum, quod non solum de Sanctis beatis, sed etiam de viatoribus intelligitur; charorum eleemosyna, & ieiunia cognatorum. In quibus duobus membris vltimis non ideo adduntur cognati, vel amici: quia illi soli modis praedictis iurare possunt defunctos: sed quia illi frequentius hoc faciunt. In illa autem enumeratione comprehensa est satisfactio pro defunctis ex opere operato, & ex opere operantis: nam prior fit per sacrificium missae; posterior vero per alia tria genera suffragiorum, sub quibus omnia satisfactoria opera comprehenduntur, sicut diximus supra tractando de actibus externis poenitentiae, & de operibus satisfactoriis vniuersumque pro seipso. Vnde non sequitur, orationem numerari: quia gratuita remissionem poenae, ac sine debita solutione obtineat; sed quia est vnum ex praecipuis operibus satisfactoriis, & quia sub illo comprehenduntur omnes actus religionis & pietatis ad Deum. Aduerto tamen, illud caput Anima, quoad illam primam partem: in qua fit dicta enumeratio, non habere certum auctorem; quauis enim Gratianus, & Iuo Carnotensis in suo Decreto part. 15. ca. 124. illud tribuant Gregorio; & Burchardus lib. 19. Decreti, ca. 112. ascribat Origeni, in neutro reperitur: neque etiam apud Augustinum, ex quo sumpta est reliqua pars illius capituli in libro de Cura pro mortuis agenda capit. 2. & 3. & in 1. de Ciuit. c. 12. & 13. Sed hoc nihil obstat, tum quia pars illa iam videtur communi consensu recepta, & ac-

Gratian. Iuo. Burchard

ceptata. tum etiam, quia per se probabilis est: tum denique quia, licet non sub illis verbis, tamen in sententia multi antiqui Patres id docent: nam Chrysostomus homil. 41. ad Corinth. preces, & eleemosynas poscit, & in homil. 69. ad populum, maxime commendat sacrificia: & haec tria numerat Augustinus, 32. de Verbis Apostoli: ieiunium vero etiam addidit Beda li. 5. Historiae Anglic. c. 13. frequentius tamen numerant Patres sacrificia, & orationes, vt patet ex Clemente supra, & ex Ephrem in suo testamento, & Dionysio de Ecclesiastic. hierar. c. vlt. lfid. 1. de Officiis, ca. 18. Rabanoz. de Institut. clericorum ca. 44. lfid. Vnde addo vltimo, orationem specialiter numerari: quia non solum satisfacit, sed etiam impetrat, non tamen oportet ut impetret remissionem & liberationem omnino gratuitam: nam impetrare potest, vel acceptionem, vel solutionem alio modo, vel ab aliis factam, seu (quod idem est) auxilium, & prouidentiam, ut fiat, ut iam satis explicatum est.

Chryst. August. Beda.

Clem. Eph. Dionys. Raban.

Quartum fundamentum prioris sententiae soluebat congruentiam huius institutionis, prout a nobis proposita est: quae satis ex rationibus in contrarium factis desumi potest: nam per se expedit, ut delicta non maneant impunita, atque opera Dei eo illustriora fiunt, quo exactius in eis iustitia, & misericordia seruantur: magis autem seruetur iustitia, si haec remissio semper fiat per modum solutionis: & in hoc etiam magis reuocet misericordia, quod auxilium detur ad solutionem per se, vel per alios faciendam, & maxime quando fit per alios, non solum fit beneficium, & misericordia eis, pro quibus solutio fit, sed etiam eis qui ad illam exhibendam excitantur: nam, & ipsi proficiunt, & alios iuuant. Atque hoc modo etiam oratio, quae pro defunctis fit, exauditur, & in ea impletur generalis promissio orationi facta: quauis enim dicere possemus cum Iuano Augustino, illam promissionem, ut infallibilem, habere locum in oratione, quam vnusquisque proficit, admittimus nihilominus etiam pro aliis, & pro animabus purgatorij exaudiri, quando alio modo obstat, non oportet tamen, ut exaudiatur ad gratuitam solutionem, seu liberationem, sed ad alios effectus supra numeratos. Neque etiam est simile de impetratione alicuius gaudij, vel auxilij: nam haec non est materia iustitiae, sed beneficentiae & ideo petitur, & impetratur iuxta modum sibi accommodatum: punitio autem, vel remissio poenae est materia iustitiae vindicativae, & ideo postulat alium modum impetrationis, vel solutionis. Ex his ergo satis verisimile fit, quauis suffragium per modum impetrationis exhiberi possit animabus defunctorum, quauis nunquam tamen habere in eis effectum remissionis poenae, nisi interueniente aequivalente solutione per aliquem facta, ad quam exhibendam potest oratio iurare, vel etiam potest per sese illam facere, si sit oratio viatoris. Atque hanc sententiam plane tenent Diuus Thomas Bonauentura, & Sorolocii citatis. Et, ut minimum, certum est effectum hunc per modum satisfactionis, & solutionis habere locum circa animas purgatorij; quod auctores etiam alterius opinionis tanquam certum supponunt. Et ideo videndum superest, an haec satisfactio pro animabus purgatorij sit ex iustitia, vel ex misericordia, quod in sequenti sectione expediemus.

14
Congruentia cum praesens per modum impetrationis remissio huius animae

in remissione poenae temporaria, & iustitia

D. Thom. Bonau.

SECTIO VI.

An suffragia pro sint defunctis ex iustitia.

In hac quaestione duos sensus supra distinximus. Prior est, an haec satisfactio sit iusta quoad aequalem compensationem: & de hoc sensu non est quod disputemus: nam omnia, quae in praecedenti sectione adduximus, probant, hanc solutionem debere nem.

Satisfactio pro animabus iusta est quoad aequalem compensationem

debere esse æqualem: nam ad hoc requiritur solutio, ut iustitia seruetur; ut autem seruetur, requiritur æqualitas, quam supponimus in hoc negotio interuenire posse: nam pena purgatorij secundum moralem valorem compensari potest per voluntariam penam huius vitæ: hæc enim ratione supra ostendimus, posse vnumquemque de condigno satisfacere pro se ipso. Vnde fit, ut secundum eandem æqualitatem possit satisfacere pro amico, sicut de viuentibus inter se ostendimus: est autem quoad hoc eadem ratio de defunctis: nam quæ sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se: si ergo opus satisfactorium pro amico viuente oblatum, est æquale tantæ satisfactorij oblationi ab ipso met oblatæ in hac vita: & rursus satisfactorij eius esset æqualis tantæ penæ, quæ illi in purgatorio responderet: ergo etiã satisfactorij alterius oblatæ pro illo iam in purgatorio existente habebit similem æqualitatem, seu condignam proportionem cum tanta penâ: ergo secundum hanc proportionem fit remissio, cum fiat per modum solutionis, & iustitiæ. Hoc igitur supposito quantum ad hunc sensum, alter sensus est, an hæc satisfactorij sit de iustitia, etiam quoad acceptationem Dei, ita ut teneatur Deus ex iustitia illam acceptare, vel solum id facere de misericordia.

In qua re prima sententia est, hanc satisfactionem pro animabus purgatorij solum esse ex misericordia. Ita tenet Caietanus tomo primo Opusculi tractat. 16. questione quinta, Cano libro duodecimo, de Locis, capite decimo tertio, ad nonum, & Relectione de Penitentia, part. 5. Soto in quarto distincti. decimanona questione secunda, articulo quarto, & lib. 3. de Natura, & grat. cap. 6. & Angles quæst. de Indulgentiis, ar. 2. definit. 3. & artic. 3. definit. 6. & idem à fortiori tenet Medina, & Corduba, cum idem dicant de satisfactione viuens viuens pro alio. Hi auctores aliquando fundantur in improprietate penarum huius vitæ cum penis alterius vitæ conferantur, iuxta doctrinam Diui Thomæ 3. part. qu. 46. art. 6. Veruntamen hæc ratio, iuxta ea, que diximus, locum non habet: quia, licet inter illas penas sit aliqua improprietate physica, vel naturalis: quia vel sunt diuersarum rationum, vel pena purgatorij est acerbior; tamen secundum valorem moralem habent proportionem, & sufficientem condignitatem. Igitur propria, & vnicæ ratio esse debet: quia de hoc nulla extat promissio; aut pactum diuini: cuius signum esse potest: quia Ecclesia, & Sancti orant Deum, ut acceptet hæc suffragia pro defunctis, ut in superioribus tactum est: ergo signum est, non esse opus iustitiæ, sed misericordie. Item colligi potest ex eo, quod animæ in purgatorio existentes iam sunt extra forum Ecclesiasticum, & pertinent tantum ad forum Dei: cum ergo, etiam inter viuentes, incertum sit an tale pactum, vel promissio intercedat, verisimilius est respectu defunctorum nullum esse maxime cum nullo sufficienti testimonio, & ratione ostendi possit.

Atque hinc infert Caietanus, suffragia oblata pro defunctis, non infallibiliter omnibus prodesse, de aliquibus autem id non negat. Distinguit enim inter purgatorij animas: nam quædam sunt, quæ meruerunt in hac vita, ut suffragia pro ipsis oblata post mortem eis prodesse, atque in his, ait, infallibile esse, ut suffragia suam habeant effectum, & fortasse non æqualem in omnibus, sed pro ratione meritum. Et huiusmodi censentur animæ eorum, qui in hac vita specialem deuotionem habuerunt circa animas purgatorij, aut plura beneficia illis præstiterunt, aut aliquid huiusmodi. Aliæ vero sunt animæ, in quibus nullum est tale meritum, & in his non habent suffragia, iuxta hanc sententiam, infallibilem effectum aliquando vero habere possunt ex diuina misericordia, accedente virtute orationis impetrantis à Deo huiusmodi acceptationem. Habet autem fun-

damentum hæc distinctio in Dionysio capit. 7. de Ecclesiastica hierar. & clarius in Augustino 21. de Ciuitate, capite 15. & 24. & quæstionibus ad Dulcitium quæstione secunda, & in Enchirid. capit. 110. & sermon. 34. de Verbis Apostoli, & libro de Cnra pro mortuis agenda, capit. vltim. In quibus locis ait, suffragia non omnibus defunctis prodesse, sed iis, qui in hac vita id meruerunt. Et habetur in capit. Non estimamus, 13. quæstione secunda: Et Anselm. in Elucid. dixit, suffragia potissimum defunctis prodesse, qui dum viuerent, ea pro aliis fecerunt. Potestque explicari à simili ex D. Thoma 2. part. quæstione 52. articulo octauo, ad 1. dicente, Christum Dominum descendente ad inferos non liberaisse à purgatorio omnes animas, quæ nondum penas soluerant; sed eas tantum quæ peculiari affectu illius aduentu desiderauerant.

Nihilominus dicendum censeo, hanc satisfactionem viuentium pro defunctis esse simpliciter de iustitia, & infallibiliter acceptari secundum totum suum valorem, pro quocumque offeratur. Ita sentiunt antiqui Theologi, qui, loquentes hoc modo de satisfactione vnius pro alio, indifferenter loquuntur de viuens, & defunctis, quos supra late retuli sect. 3. præsertim D. Thom. 4. dist. 45. quæst. 2. art. 1. quæst. 2. simul cum 1. Expressius autem id declarauit Gabriel in 4. dist. 16. artic. 2. dub. 8. Nauarrus in Commentario de Iubilatione, numer. 18. & in libro de Ordinatione, & horis canon. cap. 20. num. 82. & idem tenuit Soto in 4. dist. 21. qu. 2. art. 3. vel non sibi constans, vel sententiam corriges: & idem sentit Viguer. in Sum. cap. 16. §. 4. ver. 33. Couarr. cap. Alma 1. part. §. 4. nu. 7. Et in primis, quod hæc satisfactorij potuerit institui, ut sit de iustitia, manifestum est, iuxta principia à nobis posita: quia, intercedente promissione sub conditione operis, nihil hic deest ad veram iustitiam: nihil autem repugnat in hoc negotio interuenire hæc promissionem, ut per se notum est. Rursus, si admittimus hanc promissionem respectu viuentium, non est cur negemus eam extendi ad animas purgatorij, quæ etiam nobis sunt charitate coniunctæ; & non minus indigent quam viuentes: imo magis quodammodo: quia non possunt per se satisfacere, sed tantum satisfacere; nec etiam sunt omnino in termino, sed ad huc duranti in via: & ideo tam ex parte earum, quam ex parte nostri est fundamentum seu capacitas huius pacti, seu promissionis. Ex parte autem Dei eadem est congruentia liberalitatis, & misericordie non repugnantis iustitiæ, & eadem significatio voluntatis eius: quia, quantum ex vsu & traditione Ecclesie colligimus, eadem lex est suffragiorum respectu defunctorum, quæ est respectu viuentium: nam Ecclesia æqualiter offert sua suffragia pro viuens & defunctis. Sancti Patres eodem etiam modo de illis loquuntur, tradentes hanc ut Apostolicam doctrinam, quæ per cõtinuam successionem ad eos peruenit, ut patet ex Chrysofomo homil. 69. ad Populum, & homil. 3. ad Philip. & ex Augustino serm. 32. 33. & 34. de Verbis Apost. & ex multis decretis, que habentur 15. qu. 2. Vnde propter similem traditionem diximus in superiori tom. Disp. 79. sect. 10. sacrificium missæ ita remittere penam temporalem ex opere operato defunctis, ac viuens, eque pro vtrisque oblatum, & quæ ibi adduximus, hanc sententiam confirmant: item ea omnia, quæ supra adduximus de viuentibus inter se. Nam, si lex taxans penas peccatorum ita instituta est, ut possit iuxta æquitatem iustitiæ per penas huius vitæ compensari consequenter sequitur, facta tali compensatione satisfactorij esse iustitiæ, & consequenter ex vi eiusdem iustitiæ nihil amplius deberi, & hoc est, satisfactorij esse de iustitia.

Denique, indicia, que in contrarium afferabatur, nullius momenti sunt. Primum erat: quia oramus, hæc suffragia acceptari à Deo. Quod in primis non

constat, saltem de publicis orationibus Ecclesie, in quibus huiusmodi petitio formaliter, & expressè non reperitur, sed simpliciter, ut liberentur ab illis pœnis, vel aliquid simile; sub qua petitione multa alia intelligi possunt, quæ supra explicata sunt. Deinde, aliquando petitur à Deo ea, quæ certissime scimus ipsum esse facturum, ut Ecclesia petit, ne animæ purgatorij absorbeantur à Tartaro, & similia; quas orationes multi simpliciter intelligunt, ut sonant: quia non est inconueniens petere à Deo, quod scimus ipsum esse facturum: nam in hoc ostendimus piam voluntatem, & charitatem ad illas animas, & respectu Dei confitemur, nostras satisfactiones secundum se non esse æquivalentes, nisi procedant ex gratia: neque hoc ita esse opus iustitiæ, quin supponat diuinam promissionem, & benignam legem. Denique non solum respectu mortuorum, sed etiam respectu a-liorum uiuentium, imò etiam respectu nostri possumus hoc postulare: sic enim quorundam petitur, ut Deus, contentus nostris qualibuscunque pœnis, remittat nobis purgatorij pœnas, quarum sumus rei, quantum certissimum de remissione, si pœnæ sint sufficientes, & non alias: tamen hoc ipsum per talem orationem petitur, scilicet ut Deus nobis concedat facere opera digna tali remissione, simulque recognoscimus, totum hoc opus principaliter esse gratiæ Dei. Aliud signum erat: quia iam animæ purgatorij sunt in diuerso foro. Quod est verum quantum ad iurisdictionem Ecclesiasticam, ut dixit Chrysostomus homil. 9. de Vinculo anathematis, & dicemus latius in sequenti opere de Censuris: non est tamen verum quoad vinculum charitatis, per quod plura membra in vno Ecclesie corpore vniuntur, à quo non separantur animæ fidelium defunctorum, ut Augustinus dixit libro decimo secundo de Ciuitate, capite nono, & ideo non sperantur etiam quoad communicationem bonorum, proportionatâ statui vniuscuiusque. Et ob hæc causam tam de nostris satisfactionibus, quam de indulgentiis Ecclesie solet dici, prodesse animabus purgatorij, per modum suffragij. Per quam loquutionem aliqui putant excludi infallibilem applicationem ad acceptationem ex iustitia. Quod non ita est: sed significatur solum, non fieri per proprium actum iurisdictionis & absolutionis iudicialis; sed per modum amicabilis communicationis, seu elemosinæ, quæ à uiuentibus quidem fit ipsi animabus; tamen per eam ad æqualitatem, & ex iustitia soluunt debitum earum, ut latius in sequentibus disput. de Indulgentiis declarabimus.

Secunda responde. 1m.

Suffragia pro anima purgatorij oblata, infallibiliter illi prodesse, Corol. 1.

Atque hinc infero primo, suffragia hæc oblata pro defunctis, infallibiliter prodesse cuiuslibet existenti in purgatorio, si pro eo offerantur. Probatur ex dictis, quia effectus iustitiæ apud Deum infallibilis est. Et hæc ratio probat, hanc infallibilitatē esse æqualem respectu omnium animarum purgatorij hæc sola spectata conditione, quod sanctæ sint, & tali satisfactione indigeant: quia hæc lex iustitiæ non respicit specialia merita earum: sed valorem ipsius satisfactionis, & vnionem charitatis, quæ facit hæc bona communia. Vnde Leo X. in Bulla quadam de indulgentiis, quam refert Caietanus 3. part. q. 48. art. 5. circa ad 3. ad communicationem satisfactionis per indulgentias respectu defunctorum solum requirit ex parte eorum vnionem charitatis cum uiuentibus; & dum æqualiter de illis loquitur, significat eadem infallibili lege eis prodesse, eadem autem vel maior ratio est de suffragiis. Præterea Caietanus admittit, hunc effectum saltem esse infallibilem in illis iustis, qui, dum uiuerent, habuerunt aliquod

Leo X. Caier.

Caietani diuisio im-pugnatur.

speciale meritum circa animas purgatorij. In quo in primis non video quomodo admitat esse infallibilem, & neget esse ex iustitia: quia, si est infallibilis, necesse est ut intercedat diuina lex & promissio: quia in nullo alio potest illa infallibilitas fundari: si autem intercedit promissio Dei, nihil deest ad rationem iustitiæ, cum alioqui supponatur æquiualens commutatio, seu compensatio, ut ostensum est: neque enim maior ratio iustitiæ inuenitur inter uiuentes, imò nec in satisfactione uiuentium pro seipso. Rursus, si Caietanus admittit promissionem, & infallibilem legem respectu aliquarum animarum purgatorij, non video cur neget esse uiuentium respectu omnium, nec video unde illi constiterit illa differentia, cū Ecclesia æqualiter oret pro omnibus, & Sancti indifferenter dicant, suffragia pro defunctis in iustitia.

Nam, quod ex Dionysio, & August. Caietanus adducit, non recte intellectum est: quia illi non requirunt, aliud speciale meritum, præter illud quod sufficit ad vnionem charitatis. Quod patet ex verbis Augustini serm. 34. de Verbis Apost. ubi cum dixisset, *Orationibus sanctæ Ecclesie, facis scio saluari, & elemosynis, quæ pro mortuorum spiritibus erogantur: non esse dubitandum mortuos adiuuari, subdit inferius, Non omnino ambigendum est, ista prodesse defunctis, sed talibus, qui ita uiuent ante mortem, ut possint eis hæc uisita esse post mortem.* Explicans autem quinam isti sint, subiungit, *Nam qui sine fide, quæ per dilectionem operatur, eis, quæ sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, &c.* Ex quibus uerbis satis constat. Augustinum nullum aliud meritum postulare in defunctis, ut suffragia uiuentium illis profint, nisi ut eum fide, quæ per dilectionem operata fuerit, eiusque sacramentis de corporibus decesserint. Idem colligitur ex eodem Augustino libr. 21. de Ciuitate ca. 24. idemque est sensus Dionysij, ut ex eius uerbis constat, & exposuit etiam Turrianus libro quarto contra Magdeburgenses ca. 12. Et sumitur ex Dino Thoma in 4. dist. 45. q. 2. art. 1. qu. 3. ad ult. & artic. 4. quæst. i. ad 1. Nullo ergo firmo fundamento nititur illa distinctio Caietani. Exemplum autem, quod adducit ex defensu Christi ad inferos, & ualde incertum est, ut late tractauimus in secundo tomo, disput. 43. sectio. 3. & non est simile: quia illa libertas, seu remissio, quæ cõcessa fuit animabus purgatorij in defensu Christi ad inferos, fuit ex speciali priuilegio, & dispensatione ob gloriam Christi descendentis: & ideo non potest inferri argumentum ad negotium iustitiæ, de quo tractamus.

Suffragia secundum totum suum ualorem defunctis prodesse, Corollar. 2.

Secundo infero, suffragia oblata pro defunctis, si integre illis prodesse secundum totum ualorem, quem habent, prout ab offerente procedunt; ut uerbi gratia, si satisfactio, quam ego exerceo, pro me facta ualere ex iustitia ad remissionem in quatuor graduum purgatorij, totidem remittit illi animæ, pro qua offeruntur. Probatur ex dictis supra de satisfactione pro aliis uiuentibus, ubi ostendimus, non minui ualorem satisfactionis eo quod pro alio fiat: nã omnia, quæ ibi adduximus, non minus habent locum in satisfactione facta pro animabus purgatorij: quia neque est opus minoris charitatis, neque ex eo capite in aliquo minuitur ualor satisfactionis. Vnde uolentius infero, non minus operari æqualem satisfactionem in vna anima purgatorij, quam in alia, etiam si illa inter se sanctitate, aut meritis inæquales sint. Probatur, quia ualor satisfactionis pro alio, non sumitur ex dignitate personæ, pro qua offertur, sed ex dignitate personæ operantis, & conditione operis:

Tomus. D. Tho.

Exemplum. Caietani nihil proferat.

Suffragia æqualiter operantur in animabus purgatorij, quia in illis operatur, quia in illis operatur.

Sect. VII. An conditiones requisitæ infal. habeant effe. 609

operis: agimus enim de satisfactione ex opere operatæ, quod quid sit de opere operato, de quo in 3. p. dictum est, vel de applicatione indulgentiarum, de qua infra dicemus. Solum ergo requiritur ex parte eius, pro quo offertur, quod sit capax talis satisfactionis, eique obicem non ponat: in quo æquales sunt omnes animæ purgatorij, etiam si alioqui in gratia, & meritis inæquales sint. Assumptum patet: quia hæc satisfactio pro alio est veluti donatio quædam, quæ illi fit, ut autem donatio tota sit valida, satis est quod is, cui fit, sit capax eius, & is, qui donat habeat voluntatem donandi totum. Nec ex parte Dei potest hic intercedere inæqualitas. quia iam supponimus remissionem fieri ex certa lege iustitiæ commutativæ, quæ respicit æqualitatem rei, non conditionem personæ, nisi quatenus hæc redundat in moralem valorem operis, vel est necessaria dispositio ad effectum: in præsentem autem neutrum istorum habet cõditio maioris, vel minoris sanctitatis, aut meriti in persona, pro qua offertur suffragium: & ideo secundum legem iustitiæ non confert ad maiorem, vel minorem effectum æqualis suffragij. Quomodo autem intelligi possit quædam sententia Anselmi in superioribus citata, in sequenti sectione dicam. Secus vero est, si suffragij offeratur pro pluribus animabus purgatorij: tunc enim non æqualem effectum habebit in singulis, ac si pro vna tantum fieret, quia, cum sit finiti valoris, dividitur inter illas, ut in secunda sectione generatim dictum est. Quapropter, si aliquis applicat totam suam satisfactionem alicuius animæ in particulari, & vult simul alteri prodesse, non poterit id facere per modum solutionis, sed ad summum per modum imperationis, aut meriti de congruo eo modo, quo in præsentem possunt habere locum, iuxta superius dicta.

Sintne omnes animæ Purgatorij capaces suffragiorum.

Tertio ex dictis definitur questio supra hueremissa, an omnes animæ purgatorij sint capaces suffragiorum. Loquendo enim generatim & indefinite de suffragiis, dicendum est, omnes esse capaces illorum, quia sunt in gratia, & habent culpas remissas, & aliquod debitum pœnæ, quod pro eis solvi possit. Dico autem, loquendo generatim & indefinite propter Catechumenos, seu omnes illos, qui sine baptismo in re suscepto saluati sunt, & in Purgatorio existunt: de quibus dubitari potest, an sint capaces quorumcunque suffragiorum: nam de aliquibus res videtur certa scilicet, de priuatis suffragiis, quæ vnusquisque de suis satisfactionibus pro illis offerre potest: nam ad hæc sufficit vnio charitatis, & intentio operantis, & indigentia recipientis. Atque ob hæc causam etiam ante legem gratiæ poterat esse communicatio suffragiorum viuorum ad defunctos, ut constat ex 2. Machab. 12. & nunc Catechumenus potest orare, & suffragium offerre, vel pro alio Catechumeno, vel pro baptizato defuncto: ergo à fortiori poterit baptizatus suffragari Catechumeno defuncto. Denique nihil fingi potest, quod impediatur, quia character baptismalis nulla ratione necessariis est ad hunc effectum. De suffragio autem singulari, quod ex opere operato impenditur per sacrificium missæ, dubitari potest, an offerri possit pro Catechumeno defuncto, quod disputati superiori tom. disputat. 79. sect. 10. vbi partem negantem cum Augustino, Chrysolomo, & Dico Thoma definiunt. De suffragiis item communibus Ecclesiæ idem interrogari potest, de quibus breuiter dico pendere ex intentione Ecclesiæ; nam de potestate nihil video quod repugnet, magis quam in priuatis suffragiis. De facto vero non videtur hæc esse intentio Ecclesiæ regulariter loquendo, sed cum sit mysticum

A corpus visibile tantum, pro membris suis per visibile sacramentum sibi coniunctis orat, & suffragia offert, quæ pro suo communi nomine sunt. Quod optime confirmat canon trigessimus quintus, Concilij Bracharensis primi, qui sic habet, *Placuit ut Catechumenis, sine redemptione baptismi defunctis, neque oblationis sanctæ commemoratio, neque psallendi impendatur officium.* Tandem interrogari posset de suffragiis indulgentiarum, de quibus infra suo loco dicemus.

SECTIO VII.

Quæ conditiones requisitæ sint ex parte eius pro quo offertur suffragium, ut infallibiliter habeat effectum.

In hac & sequenti sectione breuiter comprehendemus cætera omnia, quæ de his suffragiis tractare proposuimus: nam omnia reducuntur ad conditiones offerentis suffragium, vel eius, pro quo offertur. Prima ergo conditio requisita ex parte eius, pro quo suffragium offertur, est, ut culpa, ratione cuius pœnâ meretur, iam est remissa. Ratio est: quia fieri non potest ut remittatur pœna ante remissam culpam: quia quædiu culpa manet, intrinsece manet homo dignus pœnâ; ergo non potest aliquis efficaciter obtinere alteri remissionem pœnæ, nisi supponat ab illo ablatam intrinsecam dignitatem eius, quæ est culpa. Dices, Non oportet, ut supponat culpam ablatam, sed quod pro illa etiam satisfaciatur. Respondetur, non posse vnum pro culpa alterius condigne satisfacere, sed hoc fuit proprium Christi propter excellentiam personæ eius. Imo nec de congruo potest vnus mereri, aut obtinere alteri immediate remissionem culpæ, etiam venialis, sed ad summum potest vnus alteri mereri auxilium, quo se disponat ad culpæ remissionem, vel illam mereatur, quia culpa dicit moralem inordinationem morali modo adhuc permanentem, quam reatus pœnæ, ut sic, non includit. Et ideo, si culpa non sit remissa, non habet locum suffragium satisfactionis pro pœna, sed prius impetranda erit dispositio ad remissionem culpæ, ut postea locum habeat suffragium pro remissionem pœnæ.

Secunda conditio ex parte eius pro quo suffragium offertur.

Secunda conditio est, ut is, pro quo suffragium offertur, sit in statu gratiæ. Hæc conditio non est eadem cum præcedente; nam potest aliquis habere reatum pœnæ ex culpæ remissionem, & non esse in statu gratiæ, sicut è contrario potest esse in statu gratiæ, & non habere remissionem omnem culpam venientem. Solum in animabus purgatorij semper sunt inseparabiliter coniunctæ hæc duæ conditiones: quia constat esse in statu gratiæ, & cum illa habet semper omnem culpam remissam, ideo que ex neutro capite potest impediri effectus suffragij pro eis oblatis. Nā licet contingat iustum mori nondum remissis omnibus culpis venialibus, tamen in ipso momento instanti separationis animæ à corpore, omnis culpa venialis ei remittitur, ut supra declaratum est. Et ideo statim manet capax cuiuscunque suffragij quantum ad remissionem pœnæ. Ex quo recte animaduertit Durandus in 4. dist. 47. qu. 1. n. 5. suffragia viuorum non posse prodesse defunctis quoad remissionem culpæ venialis: quia, si sit coniuncta cum mortali, remitti non potest, nec talis homo est capax suffragij, ut iam dicemus. Si vero est sola, statim in ipso instanti separationis animæ à corpore remittitur, & ideo nunquam anima separata est capax suffragiorum quoad

Primæ conditio ex parte eius, pro quo offertur suffragium.

Non potest vnus alteri remissionem culpæ mereri.

Suffragij pro pluribus animabus oblatis non habet in singulis tantum valorem, ac si pro vna offerretur.

quoad hunc effectum. Et quantum dici potest, suffragia, quae sunt pro agonizante, posse illum inuare ad hunc effectum per modum impetrationis, vel merito de congruo, tamen id non est necessarium: quia ex perfectione charitatis, & ex necessitate talis status infallibiliter consequitur motus voluntatis sufficiens ad tollenda omnia peccata venialia. Condicio ergo posita locum habet in uiuentibus, in quibus potest esse reatus poenae temporalis relictus ex aliquibus culpis remissis simul cum alia culpa mortali.

Ratio huius conditionis.

Ratio autem generalis huius conditionis est, quia qui est in peccato mortali, est omnino indignus omni remissione tam culpa quam poenae: & ideo non solum est impotens ad propriam satisfactionem exhibendam, sed indignus etiam, ut aliena ei applicetur, vel pro eo acceptetur. Quia ratione diximus in superioribus, etiam satisfactionem Christi non applicari, ut habeat effectum ex opere operato in eo qui in statu peccati mortalis, vel sacramentum recipit, vel poenitentiam iniunctam implet, vel sacrificium offert, aut pro eo offertur, & de indulgentiis Ecclesiae idem infra ostendemus: ergo maiori ratione idem dicendum est in presenti. Tandem est hic propria ratio: quia haec communicatio suffragiorum fundatur ex parte hominum in unione charitatis: ergo in his, qui non sunt per charitatem uniti alius iustis, non possunt haec suffragia effectum habere, huiusmodi autem sunt qui gratia carent, ergo. Quocirca pactum illud, & promissio Dei, quam diximus in hoc negotio interuenire, intelligitur respectu amicorum: quia alij non sunt digni, nec capaces huius sacramenti. Et hoc ipsum fundari potest in valore morali, & proportionem nostrae satisfactionis: nam, licet moraliter ad hoc valeat ut homini iusto, & sancto remittatur tanta poena temporalis, non vero ut remittatur homini inimico Dei & ideo, si pro illo offeratur, non est acceptatione digna: imo qui scienter illam auferret, DEVM ipsum offenderet: aliud est enim pro peccatore orare, ut ei remittatur culpa per conuenientia auxilia, & ordinatas dispositiones: aliud vero postulare, ut manente statu culpa, aliqua poena remittatur, quod est inordinatum, & contra debitum talis status. Quid etiam ita declaratur: quia quilibet reatus poenae coniunctus peccato mortali secundum praesentem iustitiam sit aeternus, & ideo per satisfactionem quacunque temporalem tolli non potest. Neque in hac resolutione inuenio difficultatem alicuius momenti.

Num suffragia pro exstentem peccato mortali oblata recedat a satisfactione habeat effectum.

Quaeritur vero potest, an illud suffragium acceptetur a Deo, ut saltem postea, si homo ille resurgat, & tollatur impedimentum peccati, ei proficiat talis satisfactio, ad eum modum, quo dicunt Theologi dari effectum sacramenti, vel satisfactionis sacramentalis, recedente fictione. Respondeo, non posse hoc in presenti affirmari cum sufficienti fundamento: quia nullo testimonio, vel ratione probari potest, Deum acceptare talem satisfactionem pro tali persona in huiusmodi euentu: neque etiam hoc est debitum ex natura rei satisfactioni oblatae pro illo, qui est in peccato mortali. Et ideo non censo esse illi fructuosam talem satisfactionem, quando a peccato resurgit. Imo satisfactio oblata pro iusto, qui solum habet culpas veniales nondum remissas sine alio reatu poenae, neque illi tunc prodest, neque illi seruatur in acceptatione diuina, ut post remissionem culpam venialem, incipiat illi prodesse ad solutionem poenae: quia nec propria satisfactio prodest in peccato mortali potest illi prodesse modo predicto.

Quid autem de illa satisfactione dicendum sit, paulo inferius explicabitur.

Tertia conditio eius pro quo suffragium offertur.

Tertia conditio requisita ex parte illius, pro quo satisfactio offertur, est, ut effectus satisfactionis indigeat, id est, quod sit debitor alicuius poenae. Quia ei, qui nihil debet, nihil remitti potest. Et hac ratione non possunt suffragia pro beatis offerri, quia nullius poenae rei sunt. Et, si contingat suffragium offerri pro aliquo uiuente a deo puro & sancto, ut nullius poenae reatum habeat, non poterit in illo habere effectum. Quae ratio potest, an saltem pro illo acceptetur, ut si fortasse postea peccet, & remissionem culpae consequatur, poena etiam propter tale suffragium remittatur. Respondeo, non acceptari: nam etiam propria satisfactio iusto exhibita pro seipso, si illa tunc non indigeat, quia nullius poenae pro tunc debitor est, non acceptatur statim veluti in solutionem poenae, cuius reatus per futurum peccatum contrahendus est: ergo multo minus acceptabitur hoc modo satisfactio vnus pro alio ablata. Antecedens in superioribus tractatum est, eiusque generalis ratio esse videtur, quia non potest quis prius esse dignus remissione, quam sit dignus poena; nec prius soluere debitum, quam illud contrahat. Quod maxime verum habet in debito, quod per actionem iniuriosam contrahitur. Et quidquid sit, an hoc implicet contradictionem (posset enim hoc facile controuerti sine dubio non est ordo conueniens iuxta rerum naturam, seu exigentiam; nec etiam expediens, si moraliter res consideretur posterum, quantum est ex se, occasione perbreui facilius peccandi, si quis intelligeret esse soluendum a poena propter praeteritas actiones, etiam si de nouo peccet, sine alia applicatione, vel satisfactione, praeter dispositionem necessariam ad remissionem culpae. Itaque in eo casu tale suffragium omnino carere effectu in illo, pro quo offertur, neque pro tunc, neque etiam in aliud tempus pro illo acceptatur.

Dubium coram beatis conditioni.

Praeter has conditiones aliqui requirunt, ut non solum quis indigeat remissione poenae, sed etiam ut sit impotens ad satisfaciendum pro illa. Sed iam supra diximus cum D. Tho. hanc conditionem non esse necessariam: & loquendo generaliter de satisfactione, ut includit satisfactionem, seu quacunque iustam solutionem, id est certissimum; alias nunquam posset suffragia prodesse animabus purgatorij, quia semper illae possunt soluere, saltem pariendo sufficienter. Si vero intelligatur de satisfactione propria, & in rigore sumpta, sic e contrario sequitur, vix posse suffragia prodesse uiuentibus, sed tantum defunctis, quia uiuentes semper sunt in statu satisfaciendi, & rari sunt, qui non possint per se satisfacere, saltem per intentos actus doloris, & contritionis, praeterquam quod sine fundamento exigitur talis conditio, praeter legem charitatis, & iustitiae, ut superius a priori declaratum est.

Non respicitur pro quocumque sit impotens ad satisfaciendum.

Praeterea requirunt aliqui acceptationem formalem, & consequenter cognitionem suffragij pro se oblatae; sed iam etiam diximus, hoc non esse per se necessarium, quia sufficit generalis voluntas, quam vnusquisque iustus habet obtinendi remissionem poenae, & soluendi Deo quacunque ratione possit, nam per hoc sufficienter habet implicitam voluntatem acceptandi solutionem pro se oblatae, etiam si ignoret, ut inter uiuentes saepe contingit. Quod etiam confirmat Ecclesiae usus, offerunt enim fideles sua opera pro aliis amicis uiuentibus, etiam illis ignorantibus ac nescientibus. Et de animabus purgatorij satis dubia res est, an cognoscant suffragia, quae pro eis offeruntur, & a quibus offerantur: quia neque in vero vident, quae hic agimus, nec fortasse naturam illi virtute hae possunt intueri, ut sentit Augustinus. Iude

Non respicitur pro quocumque sit impotens ad satisfaciendum.

Cura

Cura pro mor. agen. c. 13. Nec etiam videtur debitum statui illarum animarum, ut hæc illis reuelentur: ergo hæc cognitio non est necessaria ad effectum suffragij: sed sæpe fortasse prius in se sentit anima fructum suffragij, & ex effectu cognoscit aliquod suffragium esse pro se oblatum, saltem confusè & generatim. Et licet interdum ab Angelo custode discat in particulari à quo oblatum fuerit; illa tamen scientia non est prærequisita ut suffragium operetur. Unde acceptatio, quæ subsequitur, potius est per modum cuiusdam complacentiæ, vel gratitudinis, quam ut conditio necessaria ad effectum suffragij. Sufficit ergo acceptatio diuina, à qua per se pendet hic effectus modo superius declarato: nam ex parte eius, pro quo offertur, factis est non repugnancia seu virtualis consensus. Denique alij requirunt ex parte eiusdem personæ speciale aliquam dispositionem, vel meritum ad hunc effectum: sed hoc etiam exclusimus in superioribus, ideoque tres conditiones propozita sufficiunt.

SECTIO VIII.

Quæ conditiones requirantur ex parte offerentis suffragium.

Prim. a. con. dist. 1. D. Tho. 2. q. 2. art. 1. & d. 19. q. 1. art. 2. Anton. 3. p. tit. ult. ca. 2. Viquer. in Summa cap. 16. §. 4. versic. 33. Ratio à prior: quia opus in mortali peccato factum non est alicuius valoris moralis apud Deum ad satisfaciendum, iuxta illud 1. ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et confirmatur: quia hac ratione supra offendimus contra Scorom, & alios, peccatorem non posse satisfacere pro pœna debita propter alia peccata remissa: quia pœnale opus sine gratia factum non habet moralem valorem necessarium ad soluendum tale debitum: ergo multo minus poterit sufficere ad soluendum pro alio: nam solutio pro alio supponit potestatem ad soluendum pro se, & simpliciter requirit valorem in ipso opere. Præsertim, quia ostensum est, hanc satisfactionem pro alio esse debere de condigno, & de iustitia, cuius capax non est homo in peccato mortali existens.

EX parte offerentis satisfactionem tres aliæ conditiones videntur necessariae. Prima conditio est, ut sit in gratia quando efficitur opus, per quod vult alterum iuuare, siue viuum, siue defunctum. Hæc est communis sententia Scolasticorum dist. 19. 20. & 45. vbi D. Thom. q. 2. art. 1. quæst. iunc. 3. & 3. p. q. 82. art. 6. Soto q. 2. art. 1. & d. 19. q. 1. art. 2. Anton. 3. p. tit. ult. ca. 2. Viquer. in Summa cap. 16. §. 4. versic. 33. Ratio à prior: quia opus in mortali peccato factum non est alicuius valoris moralis apud Deum ad satisfaciendum, iuxta illud 1. ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et confirmatur: quia hac ratione supra offendimus contra Scorom, & alios, peccatorem non posse satisfacere pro pœna debita propter alia peccata remissa: quia pœnale opus sine gratia factum non habet moralem valorem necessarium ad soluendum tale debitum: ergo multo minus poterit sufficere ad soluendum pro alio: nam solutio pro alio supponit potestatem ad soluendum pro se, & simpliciter requirit valorem in ipso opere. Præsertim, quia ostensum est, hanc satisfactionem pro alio esse debere de condigno, & de iustitia, cuius capax non est homo in peccato mortali existens.

Num suffragia nomine Ecclesie facta à ministro existente in mortali alio proficiunt.

Atque hæc assertio certa est de suff. agijs, quæ offeruntur à priuatis personis proprio nomine. Sunt autem præter hæc, duo genera operum, seu suffragiorum, de quibus potest dubitari. Primum de suffragijs, seu orationibus, aut diuinis officiis, quæ publice fiunt à ministris Ecclesie pro defunctis: nam illa non fiunt ab huiusmodi ministris nomine proprio, sed nomine Ecclesie. Et ideo difficultas est, si ipsi ministri omnes sint in peccato mortali, an nihilominus proficiunt defunctis. Videntur enim prodesse: nam, quando aliquis operatur nomine alterius, valor operis non pensatur ex dignitate proximi operantis, sed eius, cuius nomine operatur; ut si Rex per nuncium petat aliquid, dignitas petitionis non consideratur ex petitione nuncij, sed regis, cuius nomine fit. Nam ob hanc etiam rationem sacrificium oblatum à malo sacerdote, nihil minus operatur, quia non in sua, sed in Christi persona illud offert. In contrarium vero est Gregorius in Pastoralis p. 1. ca. 11. ait. Sollicito formidandum, ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur: cum illi enim liquido nouimus, quia cum is, qui displicet, ad misericordiam mittitur, ita animus ad deteriora prouocatur. Mul-

Ratio dubitandi pro parte offerentis.

Atque hæc assertio certa est de suff. agijs, quæ offeruntur à priuatis personis proprio nomine. Sunt autem præter hæc, duo genera operum, seu suffragiorum, de quibus potest dubitari. Primum de suffragijs, seu orationibus, aut diuinis officiis, quæ publice fiunt à ministris Ecclesie pro defunctis: nam illa non fiunt ab huiusmodi ministris nomine proprio, sed nomine Ecclesie. Et ideo difficultas est, si ipsi ministri omnes sint in peccato mortali, an nihilominus proficiunt defunctis. Videntur enim prodesse: nam, quando aliquis operatur nomine alterius, valor operis non pensatur ex dignitate proximi operantis, sed eius, cuius nomine operatur; ut si Rex per nuncium petat aliquid, dignitas petitionis non consideratur ex petitione nuncij, sed regis, cuius nomine fit. Nam ob hanc etiam rationem sacrificium oblatum à malo sacerdote, nihil minus operatur, quia non in sua, sed in Christi persona illud offert. In contrarium vero est Gregorius in Pastoralis p. 1. ca. 11. ait. Sollicito formidandum, ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur: cum illi enim liquido nouimus, quia cum is, qui displicet, ad misericordiam mittitur, ita animus ad deteriora prouocatur. Mul-

Ratio dubitandi pro negatiua. Greg.

Atque hæc assertio certa est de suff. agijs, quæ offeruntur à priuatis personis proprio nomine. Sunt autem præter hæc, duo genera operum, seu suffragiorum, de quibus potest dubitari. Primum de suffragijs, seu orationibus, aut diuinis officiis, quæ publice fiunt à ministris Ecclesie pro defunctis: nam illa non fiunt ab huiusmodi ministris nomine proprio, sed nomine Ecclesie. Et ideo difficultas est, si ipsi ministri omnes sint in peccato mortali, an nihilominus proficiunt defunctis. Videntur enim prodesse: nam, quando aliquis operatur nomine alterius, valor operis non pensatur ex dignitate proximi operantis, sed eius, cuius nomine operatur; ut si Rex per nuncium petat aliquid, dignitas petitionis non consideratur ex petitione nuncij, sed regis, cuius nomine fit. Nam ob hanc etiam rationem sacrificium oblatum à malo sacerdote, nihil minus operatur, quia non in sua, sed in Christi persona illud offert. In contrarium vero est Gregorius in Pastoralis p. 1. ca. 11. ait. Sollicito formidandum, ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur: cum illi enim liquido nouimus, quia cum is, qui displicet, ad misericordiam mittitur, ita animus ad deteriora prouocatur. Mul-

At enim graues auctores docent, peccatum ministrorum Ecclesie in his publicis suffragijs & orationibus non impedire, quominus suum effectum habeant in animabus, pro quibus offeruntur. Ita D. Thom. dict. quæst. iunc. 2. & Soto d. 45. qu. 2. art. 1. & idem sentit Nauar. in tractatu de Oratione, cap. 19. concl. 4. num. 59. & sequent. & in cap. 20. num. 39. & sequ. quibus locis ait, has orationes habere effectum ex opere operato ex institutione Christi, vel Ecclesie, citans Gabrielem lectio. 57. in Canonem; & Gersonem.

Prim. a. sententia. D. Thom. 2. q. 2. art. 1. & idem sentit Nauar. in tractatu de Oratione, cap. 19. concl. 4. num. 59. & sequent. & in cap. 20. num. 39. & sequ.

Duo vero necesse est in oratione distinguere, scilicet impetrationem, sub qua meritum de congruo inuoluimus; & satisfactionem propriam per modum condignæ solutionis: meritum autem de condigno non hic habet locum: quia, ut supponimus, nunquam inuenitur in pura creatura respectu alterius. Igitur quoad impetrationem non est dubium, quin oratio facta nomine Ecclesie habeat vim impetrandi apud Deum, etiam si ministri qui orant, sint in peccato: quia tunc non pensatur efficacia orationis ad impetrandum ex conditione proximi orantis, sed ex dignitate principalis petentis, quæ est Ecclesia, ut ratio prius facta probat, & latius traditur in materia de sacrificio quædam ad orationes, & ceremonias misse. Neque contra hoc procedit dictum Gregorij supra citati: nã loquitur de illo, qui propria autoritate, & ut persona priuata intercedit. Quin potius non solum oratio facta à ministro existente in peccato, sed etiam facta ab illo peccaminosè potest esse hoc modo fructuosa, & impetratoria: quia oratio illa quoad substantiam bona est, & ut sic sit nomine Ecclesie, & ideo non potest personalis malitia, quam minister adiungit, Ecclesie intercessionem & impetrationem impedire. Unde quoad hunc modum suffragadi per modum impetrationis facilis est doctrina D. Tho. qui nunquam aliud explicuit, sed solum dixit valere posse suffragia post hanc vitam ex opere operantis, & operato.

Orationem factam à prauo ministro, si o. n. mine Ecclesia habeat vim impetrandi.

At vero quoad satisfactionem, & consequenter quoad modum suffragij per modum solutionis, seu satisfactionis, non videntur posse habere effectum suffragia Ecclesie, quæ per malos ministros fiunt, etiam si nomine Ecclesie ea facere dicantur: quia opus est satisfactorium quatenus pœnale est, atq; ad eo quatenus est personale, & proprium talis personæ, quæ per illud patitur. Opus autem, quod fit à ministris Ecclesie relatu ad ipsam Ecclesiam, nõ habet rationem pœnalis operis: ergo ut sic non est satisfactorium. Solum ergo est satisfactorium, quatenus est opus talis ministri operantis, nã solum est pœnale ut relatum ad personam eius: ergo, si talis persona sit inimica Dei, non potest illud opus esse satisfactorium, quantum est ex opere operantis. In quo est magna differentia inter impetrationem, & satisfactionem: nam impetratio fundatur in oratione, solum ut est petitio, & significatio voluntatis, & desiderij Ecclesie, quæ quatenus est vnum corpus mysticum, loqui potest per vnum vel alium ministrum, quæ locutio vt est signum quoddam, per q. Ecclesia sua desideria representat Deo, accipit ab illa quædam dignitatem, & efficaciam ad impetrandum: satisfactio vero, quæ per eandem orationem fieri potest, fundatur in illa quatenus opus pœnale est: sub qua ratione nõ refertur ad Ecclesiam, nec nomine illius sustinetur, vt sic dicam. Cuius etiam signum est: quia nulla alia opera pœnalia, vel satisfactoria fieri solent ab Ecclesia per ministros suos ad satisfaciendum Deo nomine totius corporis, sed tantum orationes, vel sacrificia, aut alia signa religiosi cultus. Et confirmatur, quia quando Ecclesie ministri sunt in illi, & publica suffragia, seu orationes offerunt Deo, tale opus, vt est ab ipsis, satisfactorium est: illa vero satisfactio est personalis, & propria ipsorum operantium, quam ex vi sui ministerij non tenentur offerre pro alio, v. g. defuncto, pro quo talia suffragia

Suffragium per modum solutionis à prauo ministro nomine Ecclesie factum, non habet effectum.

Discrimen inter impetrationem & satisfactionem.

At vero quoad satisfactionem, & consequenter quoad modum suffragij per modum solutionis, seu satisfactionis, non videntur posse habere effectum suffragia Ecclesie, quæ per malos ministros fiunt, etiam si nomine Ecclesie ea facere dicantur: quia opus est satisfactorium quatenus pœnale est, atq; ad eo quatenus est personale, & proprium talis personæ, quæ per illud patitur. Opus autem, quod fit à ministris Ecclesie relatu ad ipsam Ecclesiam, nõ habet rationem pœnalis operis: ergo ut sic non est satisfactorium. Solum ergo est satisfactorium, quatenus est opus talis ministri operantis, nã solum est pœnale ut relatum ad personam eius: ergo, si talis persona sit inimica Dei, non potest illud opus esse satisfactorium, quantum est ex opere operantis. In quo est magna differentia inter impetrationem, & satisfactionem: nam impetratio fundatur in oratione, solum ut est petitio, & significatio voluntatis, & desiderij Ecclesie, quæ quatenus est vnum corpus mysticum, loqui potest per vnum vel alium ministrum, quæ locutio vt est signum quoddam, per q. Ecclesia sua desideria representat Deo, accipit ab illa quædam dignitatem, & efficaciam ad impetrandum: satisfactio vero, quæ per eandem orationem fieri potest, fundatur in illa quatenus opus pœnale est: sub qua ratione nõ refertur ad Ecclesiam, nec nomine illius sustinetur, vt sic dicam. Cuius etiam signum est: quia nulla alia opera pœnalia, vel satisfactoria fieri solent ab Ecclesia per ministros suos ad satisfaciendum Deo nomine totius corporis, sed tantum orationes, vel sacrificia, aut alia signa religiosi cultus. Et confirmatur, quia quando Ecclesie ministri sunt in illi, & publica suffragia, seu orationes offerunt Deo, tale opus, vt est ab ipsis, satisfactorium est: illa vero satisfactio est personalis, & propria ipsorum operantium, quam ex vi sui ministerij non tenentur offerre pro alio, v. g. defuncto, pro quo talia suffragia

Suffragium per modum solutionis à prauo ministro nomine Ecclesie factum, non habet effectum.

Discrimen inter impetrationem & satisfactionem.

Atque hæc assertio certa est de suff. agijs, quæ offeruntur à priuatis personis proprio nomine. Sunt autem præter hæc, duo genera operum, seu suffragiorum, de quibus potest dubitari. Primum de suffragijs, seu orationibus, aut diuinis officiis, quæ publice fiunt à ministris Ecclesie pro defunctis: nam illa non fiunt ab huiusmodi ministris nomine proprio, sed nomine Ecclesie. Et ideo difficultas est, si ipsi ministri omnes sint in peccato mortali, an nihilominus proficiunt defunctis. Videntur enim prodesse: nam, quando aliquis operatur nomine alterius, valor operis non pensatur ex dignitate proximi operantis, sed eius, cuius nomine operatur; ut si Rex per nuncium petat aliquid, dignitas petitionis non consideratur ex petitione nuncij, sed regis, cuius nomine fit. Nam ob hanc etiam rationem sacrificium oblatum à malo sacerdote, nihil minus operatur, quia non in sua, sed in Christi persona illud offert. In contrarium vero est Gregorius in Pastoralis p. 1. ca. 11. ait. Sollicito formidandum, ne qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur: cum illi enim liquido nouimus, quia cum is, qui displicet, ad misericordiam mittitur, ita animus ad deteriora prouocatur. Mul-

suffragia fieri iubentur: nam sine tali satisfactione possunt ministri suo muneri satisfacere, quantum est ex huius obligationis. Præter hæc vero satisfactio non est alia, quæ correspondeat illi operi quatenus est, ut sic dicam totius Ecclesie operantis per ministrum, quia nihil est, in quo possit fundari hæc satisfactio, tum propter rationem factam, quod penalitas operis non spectat ad Ecclesiam ut sic: cum etiã, quia tota satisfactio, quæ in illa penalitate fundari potest, iam est exhibitã ab ipsa particulari persona operante: ergo in his suffragiis, ut sunt ab Ecclesia, nihil satisfactionis est quasi ex opere operantis ipsius Ecclesie.

Orationes nomine Ecclesie facte, non habere effectum ex opere operantis.

Obiect.

Solutio.

Alex. Papa.

6

Quod autem Nauarrus ait de satisfactione ex opere operato, si cum proprietate, & rigore sumatur, mihi verisimile non est: nam ex institutione Christi nullum habemus opus, vel signum satisfactorium ex opere operato præter sacrificium, & sacramenta, neque aliud nobis fingere licet sine certo testimonio, & Ecclesie traditione: neutrum autem habemus. Ecclesia vero non habet potestatem ad instituenda signa operantia similes effectus ex opere operato, proprie loquendo. Dices, Hæc suffragia ex institutione Ecclesie sunt impetratoria ex opere operato: ergo etiam esse possunt satisfactoria. Respondetur, negando assumptum, si proprie loquamur, sed solum sunt hæc suffragia, ut sunt nomine Ecclesie, impetratoria ex opere operato, ita tamẽ ut operans, seu orans intelligatur esse tota Ecclesia, licet per ministrum oret: non est autem ita satisfaciens per ministrum, ut declaratum est. Vnde institutio Ecclesie non facit immediate ut opus sit impetratorium, sed facit ut oratio fiat à ministro nomine Ecclesie, & inde quasi ex natura rei sequitur, ut talis oratio ob Ecclesie sanctitatem sit Deo accepta ad impetrandum. Et ob eam rem, ut opinor, quo Ecclesia fuerit sanctior, & dignior, eo talis oratio magis erit accepta Deo, & sub hac ratione sanctitas ministri multum conferre potest ad hanc impetrationem, ut expresse docuit Alexander Papa in epist. 2. & habetur in cap. ipsi sacerdotes, 1. qu. 1.

Hinc etiam sensu, hanc vim horum suffragiorum quoad impetrationem nõ provenire ex speciali potestate, quam Christus dedit Ecclesie ad conferendum operibus suorum ministrorum aliquem effectum ex opere operato, sed provenire ex natura rei, supposita solum institutione talis congregationis, & unitatis eius. Vnde non solum in lege nova, sed etiã in lege veteri, & naturæ erat in Ecclesia ille modus orandi, & impetrandi à Deo nomine totius Ecclesie, quantumvis tunc nullus esset effectus ex opere operato. Igitur nullo fundamento dici potest, hæc suffragia esse satisfactoria ex opere operato. Dixi autẽ, proprie, & in rigore loquendo, quia per modum indulgentiæ posset Ecclesia applicare per hæc suffragia aliquam satisfactionis de thesauro suo: nec dubito, quin posset ita id facere, ut illa applicatio haberet effectum independentem à sanctitate ministrorum, iuxta ea, quæ dicemus dispensationibus sequentibus. Tamen nõ constat Ecclesiam concessisse talem indulgentiam, applicandam per omnia hæc suffragia. Debuisset enim talis indulgentia concedi, aut ab aliquo Summo Pontifice, aut à generali Concilio: nullum autem decretum, aut testimonium eorum circa hoc habemus nec etiam traditionem: non potest ergo ita libere sine fundamento affirmari. Concludo igitur, hæc suffragia nomine Ecclesie facta per ministros prauos, velere quidem per modum impetrationis, non vero per modum satisfactionis, seu solutionis: loquimur autem extra sacrificia Missæ: nam illud satisfactorium est ex opere operato.

Quod sit discrimen inter publica & privata suffragia ad impetrandum, vel satisfaciendum.

Et obiicit aliquis, iuxta hanc nostram sententiam, nullum esse discrimen inter suffragia publica, & privata: quia etiam oratio privata personæ potest per modum impetrationis alii prodesse. At ex Nauarro supra responderi potest negando sequentiam, & probationem eius, quia Deus non audit orationem peccatoris, quatenus est eius, iuxta illud Ioann. 9. Deus peccatores non exaudit: audit tamen orationem peccatoris quatenus est alterius, scilicet Ecclesie. Sed contra hoc est: quia, ut D. Thom. ait secunda secundæ, q. 83. art. 16. ex Augustino tract. 34. in Ioan. verbum illud Ioannis, Deus peccatores non exaudit; à cæco fuit dictum nondum perfecte illuminatum; & ideo aut admittendum non est, aut pie exponendum de peccatore petente, quatenus peccator est, id est prava, & indigna petente: Si autem pia oratio à peccatore fundatur, impetratoria esse potest: quia non in sanctitate orantis, sed in diuina misericordia fundatur. Sic ergo oratio facta à peccatore pro alio, potest esse impetratoria ob eandem rationem: ergo nulla erit differentia inter suffragia facta ab aliquo peccatore ut ministro Ecclesie, vel ut privata persona: quia utroque modo sunt impetratoria, & eodem modo sunt satisfactoria. Consequens autem est contra communem modum loquendi Theologorum, & præsertim contra D. Tho. 3. p. q. 82. art. 6. Quem locum duobus modis sibi interpretatus sum, qui nunc non omnino videntur satisfacere. Vnus est, quod oratio peccatoris, ut est à privata persona, licet impetrare possit ex misericordia Dei, non tamen est impetratoria de condigno. Veruntamen etiam oratio facta à ministro Ecclesie, ut talis est, non est impetratoria de condigno: immo nullas oratio facta pro alio à quocunque iusto, vel etiam à tota Ecclesia est impetratoria de condigno, iuxta doctrinam D. Th. in citato loco 22. quia hoc est proprium Christi Domini. Alius modus erat, differentiam illam intelligendam esse de oratione peccatoris formaliter, id est peccaminose facta: nam hæc, si fiat à privata persona, nunquam est impetratoria, si vero fiat nomine Ecclesie, potest esse impetratoria, supponendo id, quod petitur, iustum esse, & sanctum, quantumvis in modo vel intentione ministri male peccatur. Quæ differentia vera mihi videtur: sed aliquid amplius videntur intendere D. Thom. & Theologi.

Propter quod dici posset, orationes, quæ sunt nomine totius Ecclesie, adeo esse efficaces, ut immediate impetrent à Deo remissionem pœnæ temporalis, id quæ infallibiliter, & ex certa promissione, propter singularem amorem, & sanctitatem totius Ecclesie, vel etiam, quia in hac Ecclesia est potestas ad applicandum Christi satisfactionem, vel potius ad impetrandum, ut Deus eam applicet; & hoc facere intendit per huiusmodi orationes publicas, & impetrare à Deo, ut sub hac ratione eas acceptet, præsertim quando per modum suffragij eas offert pro defunctis. Et fortasse hoc solum intendit Nauarrus cum dixit, hæc suffragia esse satisfactoria ex opere operato: quod est probabile in hoc sensu, quantumvis melius, & prius hoc totum comprehenditur sub nomine impetrationis, quæ fortasse est certa, & infallibilis ex statuta Dei lege, non propter meritum de condigno, sed propter specialem vim, & efficaciam concessam Ecclesie ad applicandam Christi satisfactionem. Et quantumvis aliquis contendat non esse omnino infallibile: quia de tali lege aut promissione non constat, tamen verisimile est ob alias congruentias, orationes Ecclesie sæpe ad hunc effectum exaudiri. De orationibus autem privatis non est simile ratio: nam supra ostendimus, etiam iustos nunquam impetrare alteri immediate liberalem pœnæ remissionem; quod multo est certius de persona in peccato existente. Præterea, etiam si non admittamus Ecclesie suffragia, vel orationes habere hunc specialem effectum impetrandi immediate remissionem pœ-

ne liberalem, seu per solam applicationem satisfactionis Christi, adhuc possumus constituere aliquam differentiam: nam oratio Ecclesie facta per malos ministros, semper in conspectu Dei consideratur ut petitio facta ab amico; & ideo semper retinet illam efficaciam, vel valorem, quem oratio habere potest ad impetrandum ex dignitate personae orantis: oratio autem facta à peccatore in persona propria, omnino amittit efficaciam ex parte personae petentis, quamvis aliquando exaudiri possit ex sola benignitate, & liberalitate diuina. Et hæc videntur sufficere de suffragiis cõmunibus Ecclesie.

A alteri, vel proprio motu, vel ad petitionem alterius. Nõ enim repugnat operari hoc modo pro alio, proprio nomine, & virtute ipsius operantis, & id facere rogatum & excitatum ab altero, nam hoc totum possumus ab alio postulare. Et in hoc modo satisfaciendi pro alio ex opere operantis certum est, opus externum per se solum non sufficere ad effectum suffragij; non quod ipsum opus externum coniunctum interno non addat illi aliquem valorem ad satisfaciendum, ut supra visum est, sed quod requiritur in ipsomet operante internam voluntatem bonam & aptam ad satisfaciendum, à qua tale opus procedat. Nam in hoc modo suffragandi totum id, quod requiritur ex parte operis ad satisfaciendum pro se à fortiori requiritur ad satisfaciendum pro alio: constat autem nimirum satisfacere pro se per externum opus nisi ut coniunctum, & informatum voluntate interna proportionata: idem ergo requiritur in hoc modo satisfaciendi pro alio nomine proprio. Est autem alius modus suffragandi alteri per opus externum factum nomine alterius, id est, quod aliquis facit ut instrumentum alterius, quod potest dici alter facere per ipsum: & in hoc genere suffragij habet maxime locum dubitatio posita, quæ clarius, & frequentius cernitur in suffragiis pro defunctis, quamvis cum proportione possit idem reperiri inter viuos. Est ergo quotidianum, ut homo ante mortem præcipiat fieri elemosynas pro sua anima post mortem, quas postea hæredes, vel curatores animæ tribuunt, & tunc dicuntur illi suffragium ferre defuncto tamquam instrumenta eius, & nomine ipsius. Difficultas ergo est an illud opus externum, quod est dare elemosynam, sit per se satisfactorium defuncto independentè & à voluntate eius, per quæ executioni mandatur; id est siue illa sit bona siue mala, siue hominis iusti, siue peccatoris.

Posterior Germanus dubit. reser.

Videtur enim opus illud amplius satisfactorium nõ esse pro defuncto: quia illa satisfactio non est sumptura ex opere operato (propterea enim non agimus de sacrificio; alia enim opera nõ habent talè effectum ex opere operato) opus autem externum non est satisfactorium ex opere operantis, nisi quatenus procedit ab interna voluntate, illique coniungitur: ergo opus illud externum per se sumptum non potest satisfactionem addere. Dices, opus illud non solum procedere à proxima voluntate ministri exequentis, sed etiam à voluntate defuncti mandatis illud opus fieri, quæ voluntas bona fuit & satisfactoria: hoc ergo satis erit, ut illud opus externum satisfactorium sit: cum enim dicitur præcise ac solitarie sumi, intelligitur comparatione facta ad proximum operantem, non vero ablato respectu ad voluntatè mandantis. Sed contra: quia licet opus illud externum comparetur ad voluntatem mandantis tanquã obiectum, & tanquã effectus eius; non vero tanquã actio humana ipsius mandantis, quia iam nõ procedit humano modo, & libere à tali voluntate: at vero satisfactio requirit opus humanum, per quod fiat & non sufficit quilibet effectus resultans, & procedens quouis modo ex præcedente voluntate. Nã, si quis v.g. sumpsit petitionem amarã voluntarie in poenitentiam vel mortificationem, quamvis postea ob eam causam patiatur grauissimos dolores, si circa illos nullã postea habeat voluntatè, vel, si fingamus iam tunc nõ habere vsur rationis, nihilominus de nouo satisfaceret per illos dolores quia nõ sunt humani, & quia tunc nõ est in statu satisfaciendi. Sic ergo in presenti, quidquid hæres postea faciat, defunctus nullã nouam satisfactio- nem habebit, quia nõ est in statu satisfaciendi. Et similiter si quis viuens præcipit famulo facere elemosynam ex suis bonis, si postea, quando famulus illam elargitur, ipse dormit vel nihil de illa cogitat, nullam nouam satisfactionem habebit propter externam largitionem: quia respectu illius iam non est humana actio.

12. Ratio pro parte negatiua.

Solutio.

Quando censendus sit aliquis nomine Ecclesie orare. Nauarrus sententiam.

10. Secunda conditio ex parte offerentis suffragium requisita.

11. Primus dubii reser.

Tractat autem Nauarr. supra dict. c. 20. de Orat. nu. 40. quando censendus sit aliquis orare ut minister Ecclesie; & numerat in primis omnes clericos, etiam primæ tonsuræ. Deinde omnes religiosos, etiã nouitios, item donatos & donatas tam Ecclesiarum secularium, quam regularium. Ac deniq; addit omnes, qui recitant orationes ab Ecclesia institutas, & tanquam res institutas ab ipsa, quia hoc ipso virtualiter volunt orare nomine ipsius, & ipsa Ecclesia institutõ tales orationes virtute etiã voluit, ut, quicumque vellent, possent suo nomine illas recitare. Sed hæc pie potius considerata, quam fundata videntur: nam quidam textus, quos allegat, nihil ad causam faciunt. Et mihi est dubia tam generalis, & ampla regula: nam Ecclesia non instituit omnes orationes, ut nomine suo dicantur, sed etiam ut fideles habeant aliquem morale modum certum, & sua auctoritate confirmatum, sicut Christus Dominus docuit Apostolos orare, Pater noster &c. Illæ ergo orationes videtur proprie fieri nomine Ecclesie, quæ non solum ab ea institutæ sunt, sed dicuntur à ministris ad hoc deputatis ex præcepto, vel ordinatione sua: alia vero, quæ dicuntur omnino priuata auctoritate, non videntur fieri nomine Ecclesie, etiam si preces ipsæ, quæ recitantur, ab Ecclesia institutæ sint: de qua re plura dicturi sumus in seq. lib. agentes de Interdicto. Superest dicendum de alio genere operum, quæ vnus facit per alium, vel è conuerso quæ vnus facit nomine alterius, ut quando vnus dat elemosynam per famulum, vel postulat ab alio, ut pro se, & nomine suo petat: & de hoc genere ac modo operandi dicemus commodius in puncto sequente.

Est ergo secunda conditio requisita ex parte eius, qui suffragium offert, ut faciat opus proportionatũ ad satisfaciendum ex conditione ipsius operis, ut est à tali operante. Hoc etiam est certum: nam satisfactio pro alio supponit satisfactionem in se, ut sic dicam, quia non potest pro alio fieri aliquid in pretium, nisi præintelligatur habere in se pretij valorem; non potest autem fieri satisfactio in se, nisi per opera proportionata ad satisfaciendum. Vnde Theologi eadem opera, per quæ homo potest satisfacere pro se ipso, assignant ad satisfaciendum pro aliis, siue viuus, siue defunctus, quæ reducunt ad illa tria, orationem, elemosynam, ieiunium. Quæ etiam in decretis, & Sanctis Patrib. inuenimus, ut in superioribus citatum est: omissimus autem sacrificium, quod ab eis frequenter additur: quia non agimus de satisfactioe ex opere operato, sed ex opere operantis, & sub hac ratione sacrificium, & quodlibet opus religionis sub oratione comprehenditur.

Num opus externum præcise sumptum pro alio oblatũ illi prosit ad penæ remissionem.

EST autem hic speciale dubium, an opus externum, per se ac præcise sumptum, pro alio factũ possit illi ad satisfactionem seu remissionem penæ prodesse. In quo est considerandum, duobus modis posse vnum pro alio operari. Primo, nomine suo, quia nimirum ipse facit illud opus tanquam proprium, & fructum eius quoad satisfactionem donat

Fr. Suarez. tom. 4.



13
Confirmatio.

Et confirmatur: nam ob hanc causam, qui precipit famulo, ut alium interficiat, si postea, quando fit externum homicidium ipse dormit, vel nihil de illo cogitat, nihil de nouo peccat; nec est dignus apud Deum maiori supplicio; quam fuerit ex vi prioris voluntatis, & mandati, non ob aliam causam, nisi quia licet illa occisio sit effectus prioris voluntatis, tamē iam non est actio humana: ergo simili proportionē in presenti, &c. Confirmatur secundo, quia alias, etiam possent fideles precipere, ut alij pro se ieiunent, vel aliter se castigent, vel orent; & tunc opera illa externa facta ab alijs, ut ab instrumentis mādātis, etiam si ab eis fiant in peccato, vel quocunque alio modo, erunt satisfactoria ex opere operantis respectu ipsius defuncti, quia non est maior ratio de elemosyna, quam de alijs operibus satisfactorijs. Consequens autem videtur valde absurdum, quia talia opera non sunt satisfactoria, nec virtutis nisi vt procedunt à voluntate proximi operantis. Tandem confirmatur: quia alias, si elemosyna legata à defuncto, mandaretur executioni sine ulla actione ipsius ministri, nihilominus adderet satisfactionē, vt v.g. si hæres sit negligens, vel in iustis in implenda testatoris voluntate, & ideo alius, cui danda fuisset elemosyna, occulte accipiat, ex vi huius effectus accresceret satisfactio defuncto, & remissio pœnæ, quod videtur per se incredibile. Sequela vero patet, quia voluntas ministri nihil confert ad hanc satisfactionē iuxta hanc sententiam.

14
Rationes proprie affirmatiuae. Prima.

Cōc. v. asf.

Secundar.

Tertia.

15
D. Tho.

Palud.
Bonau.
Soto.
Nauarr.
Supplern.
Gabr.

Nihilominus, quod tale opus externum per se ad dat satisfactionem. Quaderi potest primo, quia alias hæres defunctorum, neque implendo hæc legata elemosynarum quidpiam per se conferrent ad liberandam animam testatoris citius à purgatorio nec non implendo essent in causa, vt diutius in purgatorio detineretur. Consequens est contra communem sensum fidelium, & contra multa decreta, quæ habentur 13. quæst. 2. præsertim in cap. Qui oblationes, 2. ex Concilio Valsenti, cap. 4. Est etiam contra intentionem defunctorum, qui hæc legata relinquunt, quod si in ea intentione decipiuntur, error profecto est valde generalis in Ecclesia, quem deberent Pastores, & Doctores eius auferre, ne illius occasione magno fructu satisfactionis priuarentur fideles defuncti. Præterea, ipsa elargitio elemosynæ habet speciale vim ad redimendam hominem à peccatis, vt Scriptura sæpe significat, quod potissime dicitur, quia ex se habet vim satisfaciendi pro pena temporali: ergo talis elargitio addita priori voluntati redimet speciale valore, & satisfactione animam à peccato, quandoquidem est voluntaria ex vi prioris voluntatis. Tandem supra ostensum est, actum exteriorē conferre per se aliquid ad satisfactionem, vt coniunctū interiori voluntati: ergo idem dicendum est in presenti.

Propter has posteriores rationes plures Theologi hanc posteriorem partem sequuntur, inter quos videtur esse D. Thom. in quarta, distinctione 45. quæstione secunda, articulo primo, quæstiunc. 3. vbi ait: Si aliquis in charitate decedens, precipiat sibi suffragia fieri, vel alius precipiat charitatem habens, illa suffragia valent defuncto, quamuis illi, per quos fiunt, in peccato existant, & loquitur de suffragiis, quæ ex opere operantis profunt; nam etiam inter viuentes concedit, elemosynam factam per instrumentum, seu famulum in peccato existentem suffragari mandati. Eandē sent. tenet Palud. d. 45. q. 1. ar. 1. cōcl. 3. & 5. Bonau. ar. 2. q. 2. & Sot. ibi q. 2. art. 1. concl. 4. Nauar. de Orat. c. 19. nu. 59. & sequentibus. Qui omnes requirunt, vt saltem is, qui mandat fieri elemosynā, aut aliud pium opus, sit in statu gratiæ: nam, si ille etiam esset in peccato mortali, non esset vnde talis actio acciperet valorem. Addit vero Supplementū Gabr. dict. distinct. 45. quæstione secunda, articulo secundo, etiam si quis sit in peccato mortali, quando condit

A testamentum, si postea in gratia moriatur, id satis esse vt consequatur effectum suffragij. Sed id profecto probabile non est, nisi addatur huiusmodi testatorem iam in gratia constitutum, ante mortem prius mandatū sua voluntate confirmasse, ita vt opus postea factum originem ducat ab aliqua voluntate hominis grati. Quod notauit Gabri. lectione 56. in Canonem, & Richard. distinct. 45. articulo. secundo quæstione quarta, qui addit etiam si quis viuens sit in peccato mortali eo tempore, quo minister exequitur opus à se præceptum, si tamen quando præcepit erat in gratia, nihilominus non priuari fructu talis operis: quia aliud opus non progreditur à mandante, neque habet valorem ab alio secundum statum illius temporis, in quo sit opus: sed illius in quo mandatum est. Veruntamen, si intelligat illud opus ita esse fructuosum, vt statim possit habere effectum remissionis pœnæ temporalis in homine existente in peccato mortali, mihi non videtur probabile alias etiam defuncto in peccato mortali posset prodesse opus, quod in statu gratiæ legatum fuit ad remissionem alicuius pœnæ debite, saltem pro culpis remissis, quod fallum esse constat ex supra dictis, & notauit Gabr. loco proxime citato. Si vero intelligat, tale opus prodesse: quia in se est veluti opus viuum, pro eo tempore mortificationum propter statum peccati ipsius mandantis, quod tamen possit reuiuiscere, ipso mandante resurgente à peccato, sic effectus magis tolerabilis opinio.

Veruntamen, vt verum fatear, tota hæc sententia, quanuis probabilis sit propter auctoritatem factorum Doctorum, mihi est valde dubia, intellecta de fructu satisfactionis; nec possum illi fidem præbere: quia non video rationem urgentem, & quæ primo loco facta sunt, mihi videntur valde difficiles. Et præsertim inter viuentes non video quomodo elemosyna facta per famulum ex præcepto domini, qui tempore executionis dormit, aut nihil de ea re cogitat, quomodo inquam, aliquem fructum satisfactionis, vel remissionis pœnæ illi de nouo conferat, cum iam nihil humano modo operetur, nec illud opus externum sit actus humanus eius, cumque ex eo nullam pœnam, aut difficultatē nouam moraliter patiat, quod videtur intrinsece necessarium ad rationem satisfactionis. Vnde quando illi præcepit ex bonis suis elemosynam dari, tunc & meruit, & satisfact per illam voluntatem, & per ipsum actum præcipiendi, qui & studiosus est, & difficilis ac pœnalis: tamen postea nulla pœna, aut bonitas adiungitur, aut representatur seu voluntarie apprehenditur: quomodo ergo potest noua addi satisfactio? Atque hæc ratio fere procedit in animabus purgatorij, quanuis de illis dici possit, semper actu perseverare in priori voluntate desiderando, vt pia opera, quæ fieri præceperunt, executioni mandentur. Veruntamen hoc nihil confert, tum quia illa voluntas nullo modo est iam principium morale talis actus: tum maxime, quia iam illæ animæ nō sunt in statu satisfaciendi, & ideo non potest ex coniunctione ad præsentem voluntatem fieri satisfactorium sine actu externo.

Responder tamen Gabr. in hac vita meruisse animam in purgatorio existentem illam satisfactionem, tamen fuisse meritum conditionale; videlicet, vt si fieret talis actio exterior, acceptaretur in satisfactionem, secus vero si non fieret. In quo videtur alludere ad doctrinam Aug. dicentis, animas defunctorum meruisse in hac vita, vt suffragia viuientium illis prodesse post mortem. Sed non recte illam applicat, vel tacite exponit: nam Aug. non dixit, nos hic mereri, vt opera, quæ pro nobis post mortē fiunt, habeant valorem morale ad satisfaciendum, sed sensus est, mereri viuētes talem statum habere post mortē, vt eis possint prodesse suffragia viuētiū, si fiant: quod nō proprie est conditionale meritum.

Gabr. Richard.

16
Posteriori
firmis in
purgatorij.

17
Gabrili
saluti.

18
Eludic.

tum, sed est proprium, & absolutum meritum talis status, qui est veluti capacitas quædam fructus suffragiorum, si fiat: quoad effectum enim necessario addenda est hæc conditio: quia quod suffragia fiant, pendet ex voluntate viuientium. Tale autem meritum sub conditione, quod det valorem ipsi operi satisfactorio, seu sit principium eius, vt tale est, nunquam est ab Augustino positum, nec videtur rationi consentaneum: si illa conditio, scilicet, quod tale opus fiat, necne, iam non pendet ex voluntate mea; & quod fiat, nullam penalitatem, vel mortalitatem mihi addit: cur ergo debet talis conditio ad meritum vel satisfactionem facere?

18
Prior sententia negans admittitur.
Hæc opera externa per accidens prodesse posse mandant.

Probabilissimum ergo mihi videtur, in huiusmodi actibus totam satisfactionem esse positam in actu volendi, ac præcipiendi tale opus, postea vero ex vi solius externi effectus nihil satisfactionis addi per se loquendo, & ex opere operantis respectu mandantis. Possunt autem talia opera prodesse primo per accidens, seu remote, quatenus, qui elemosynam recipit, excitatur ad orandum, vel satisfaciendum pro defuncto, qui dare præcepit, ad quod etiam ex gratitudine tenetur, & interdum potest esse maior obligatio, si sub ea conditio, & quasi pacto elemosynam reciperet: quanquam ea obligatio nunquam esse videatur ad modum operis, scilicet vt fiat in gratia, sed tantum ad substantiam talis operis, orationis, vel similis: quod est signum, hæc opera non præcipi vt satisfactoria formaliter, sed tantum vt imperatoria. vnde etiam verisimile est, talia opera facta ex præcepto alterius conferre aliquid ad impetrationem: quia non tantum bona opera, sed etiam effectus bonorum operum possunt mouere Deum ad exaudiendas facilius orationes, & aliquid beneficium ex misericordia præstandum, quantum ad præmium iustitiæ valere non possint. Atque ob has causas nocumentum inferunt defuncto, qui eorum pia legata implere omittunt, aut differunt, præter peccatum in disiditatis, quod committunt, & iniustitiæ, si elemosynas pauperum detinent, propter quod, necatores pauperum, vocantur in dicto Concilio Vasensi, & in Concilio Carthaginensi quarto capi. 95. & Concilio Agatheni cap. quarto, & aliis, quæ referuntur decima tertia, quæstione secunda. Atque in hunc modum videtur tandem explicare hæc sententiam Soto dicta quæstione secunda, articulo quarto, & Ioseph. Angles quæstione de indulgentiis, articulo vltimo, difficultate septima. Et mihi verisimile est Diuum Thomam nihil aliud docere voluisse. Vnde etiam concludo, vt illius esse hæc opera facere in vita, quam præcipere fieri post mortem: nam, licet hoc posterius bonum sit: nam est misericordix, vel religionis aut penitentix opus: tamen illud de se est melius, non solum quia est securius, & quia citius prodest, quod omnes fatentur: sed etiam, quia magis meritorium est, magisque satisfactorium, vt ex dictis satis constat.

Coc. Val. Coc. Carth. Concil. Agath.

Num restitutio, quæ post mortem fieri præcipitur, aliquid conferat ad remissionem pœnæ.

19
Atque hinc expeditur facile aliquid dubium de restitutione, quæ post mortem fieri præcipitur, an conferat aliquid ad remissionem pœnæ, vel ob solam eius dilationem possit anima diutius in purgatorio detineri. In quo dubio non disputamus, an teneatur quis restituere ante mortem: supponimus enim per se loquendo, teneri; tamen sæpe accidit, vt id fieri non possit in articulo mortis, siue ex præterita culpa, siue absque illa: vt quoque enim modo potest homo tunc iustificari præcipiendo restitutionem post mortem. Et tunc certum est apud omnes, etiam

Fr. Suarez, tom. 4.

A nisi restitutio postea non fiat, non propterea fieri perpetuam pœnam defuncti: quia illud non imputatur illi ad nouam culpam mortalem: præterita autem culpa iam remissa fuit, & ideo non potest pœna fieri perpetua propter illam solam causam. Dicunt vero aliqui, multum differri ob eam causam, ita Gab. cum Richar. supra: quibus fauent nonnullæ reuelationes animarum defunctorum, quæ vitium apparent, & petunt restitutionem suorum debitorum fieri, vt valeant à purgatorio liberari: imo S. Brigitta lib. 6. Reuelationum c. 66. affirmat, animam tantum cruciari, donec restituatur quod ablatum est. Hæc autem dilatio non potest fundari, nisi in hoc, quod ipsa meta actualis restitutio aliquid prodest animæ ad pœnæ solutionem: nam si illa non prodest, nec omisio eius obesset.

Prima sententia.

Nihilominus Soto in 4. d. 45. q. 2. art. 3. absolute negat, restitutionem hanc quidquam conferre animæ purgatorij, vt à pœna liberetur: quia, si anima decessit in gratia, & sine villo reatu pœnæ, statim euolabit in cœlum, etiam si restitutio facta non sit, si vero decessit cum aliquo reatu, luet quidem in purgatorio tantam pœnam, quanta ad expiationem illius reatus sufficiat; statim vero præmium gloriæ accipiet, etiam si restitutio facta non sit. In qua sententia indubitatum esse censo, animam non detineri in purgatorio ob solam omissionem restitutionis, si non habet reatum pœnæ: quia anima non ipunitur à Deo, nisi sit debitor pœnæ; & quia alias puniretur anima propter id, quod non est in potestate eius, absque alio reatu, qui in ea dureret. Denique: quia alias dilatio beatitudinis perpetuo duraret, vel saltem vsque ad finem mundi, si debita nunquam soluerentur. Vnde in hoc non sentiunt oppositum Gregorius, & Richardus.

20
Secunda sententia Soto.

Primus secundæ sententiæ sensus.

C Adhuc vero superest difficultas, quando anima decessit cum reatu pœnæ, & maxime propter culpam non restituendi toto tempore vitæ, quæ licet in fine eius fuerit remissa, non tamen omnino quoad pœnæ reatum: manet, inquam, difficultas, an ad hunc reatum tollendum conferat restitutio, ac proinde, si non fiat, necessaria sit diuturnior pœna ignis ad illum reatum expiandum. In quo sensu videtur etiam Soto negatiue respondere, quantum discursus eius reuera id non probet. Et ideo Bellarm. lib. 2. de purgator. c. 16. eandem sequens sententiam addit aliam rationem, scilicet: quia restitutio non est actu satisfactoria, quia satisfactio est bonum opus pœnale; pœnale autem est dare suum, non restituere alienum. Quæ ratio difficilis est: nam, quodlibet opus virtutis est satisfactorium; nã inter viuos facere opus iustitiæ restituendo alienum, est apud Deum satisfactorium: quia moraliter loquendo, pœnale existit. Si ergo dicamus cum cõmuni sententiâ supra tractata, ipsam executionem elemosynæ mandatæ à defuncto cõferre postea ad specialem satisfactionem; idem ego dicerem de opere restitutionis: quanquã fortasse non sit æque satisfactorium, tamen quod aliquid conferat, si cætera necessaria concurrant, probabilius videtur. Quia vero nos credimus hanc executionem externi operis per se non conferre ad pœnæ solutionem; idcirco à fortiori idem dicimus de actu restitutionis; ex accidenti vero potest iuuare excitando creditores, vel alios fideles ad orandum pro defuncto. Et ex hoc capite poterit interdum diuturnior fieri pœna purgatorij propter dilationem restitutionis: & in hunc modum possunt explicari prædictæ reuelationes, si admittendæ sunt.

21
Secundus sensus eiusdem sententiæ.

Bellarmin.

Tertia conditio ex parte offerentis suffragium.

Tertia conditio ex parte suffragantis est, vt intendat per opus suum, suffragium ferre alteri: quam omnes etiam Theologi admittunt. Et ratio est clara: quia quando opus satisfactorium pro altero non

22

FFF 2 offer-

offerretur ex intentione operantis, illius tantum manet; quia non est unde in alium transferatur; & ideo alij non prodest ad satisfactionem, sed solum ipsi operanti. Quando vero voluntate sua alteri illud donat, tunc ei proprie suffragatur; ideoque hæc conditio necessaria est ad proprium suffragiū. Dubitat vero Theologi, an opus pro vno tantum oblatum profit aliis, vel æqualiter, vel saltem inæqualiter, & consequenter an opus bonum aliis non applicatū, quamvis præcipue profit ipsi operanti, nihilominus aliquid profit exteris. Denique dubitant, an sufficiat intentio generalis offerendi opus pro animabus purgatorii, vt profit omnibus, æqualiter vel inæqualiter. Quibus omnibus vt respondeamus aduertendū est, tribus modis posse opus vnius iusti prodesse aliis. Primo de cōdigno per modum satisfactionis. Secundo directe per modum impetrationis, seu meriti de congruo. Tertio indirecte tantum, & veluti per quādam consequentiam, quæ etiam est per modum impetrationis & meriti de congruo.

Dubia nō nulla circa conditionem possessionis.

Tripliciter opus vnius iusti aliis prodesse potest.

23 Suffragiū illi soli prodest si de cōdigno, cui ex intentione offerretur applicatur. D. Tho. Richard. Palud. Supplem. Gabr.

Primo igitur modo illi soli prodest suffragium, cui ex intentione offerentis applicatur. Et de hoc præcipue loquimur in assertione: idque conuincit ratio facta: & docet D. Thom. distine. 45. quæstion. 2. art. 4. quæstion. 1. & ibi Richard. art. 2. q. 3. Palud. quæst. 2. artic. 2. Suppl. Gab. art. 3. dub. 6. Qui referunt oppositum sensisse Præpositum, qui comparabat suffragium lucernæ, quæ licet ex intentione illuminandi aliquem asseratur, tamen ex consequenti æque illuminat adstantes, sed non erat accommodata comparatio: nam potius hoc suffragium est simile pecuniæ: quæ offertur ad liberandum inclusum in carcere, quæ pro vno oblata, illi prodest, & non aliis: & ideo tam D. Thom. quam reliqui Theologi illam sententiam reiciunt. Imo hac ratione supra dicebamus, opus oblatum omnino pro altero in satisfactionem, etiam ipsi operanti non prodesse ad poenæ solutionem. Vnde è conuerso, si nulli alteri applicetur ex intentione operantis, illi prodest, & non aliis: nam vt ipsi profit non requiritur specialis intentio: quia ex natura rei suum est opus. Vt autē quasi alienetur, necessaria est specialis voluntas, & intentio formalis, vel virtualis. Ex quo etiā constat, si hæc intentio generalis sit ad multos vel ad omnes alicuius status, & conditionis, omnibus illis prodesse, minus tamē singulis, quam si pro vno tantum offerretur: quia id, quod donatur, finitum est, & ideo inter plures diuisum minus sit in singulis, vt sæpe dictum est. Illa autem diuisio fiet aut secundū æqualitatem, aut secundum proportionem iuxta intentionem offerentis: nam est eadem proportionalis ratio.

24 Suffragiū illi potest inuē directè impetrat, cui offerens aliq' d' impetrare intendit. August.

Secundo de impetratione directa etiam est certū multum pendere ex intentione operantis, imo in hoc potissimum differt ab indirecta, quod ad illum dirigitur, cui orans, seu offerens aliquid impetrare intendit. Et ideo certum apud omnes est, orationem magis esse impetratoriam pro his, pro quibus funditur ex intentione orātis, quam pro aliis, quod non solum de orationibus priuatis, sed etiam de communibus Ecclesiæ suffragiis sentit Augustinus lib. de Cura pro mortuis agenda, c. 4. satisque constat ex vlt Ecclesiæ: nō enim sine causa pro aliquibus in speciali orat. Imo ex natura rei hoc sequi videtur ex ratione orationis: est enim petitio quædam, quæ ad hoc ordinatur, vt voluntas petētis impleatur, & ad hoc habeat suam specialem vim & efficaciam, quæ impetrationem vocamus. In hoc ergo est aliqua cō-

Discrimen inter impetra-

uenientia inter satisfactionem, & impetrationem. In eo vero constituitur ab aliquibus differentia, quod oratio pro multis facta non est minus impetratoria pro singulis, quam si pro eis tantum fieret; quia impetratio non consistit in solutione pretij, quod diuidendum sit, sed solum in petitione, quæ innititur liberalitati, vel promissioni Dei, quæ non est minor respectu plurium, quam vnius. Ita sentiunt Adriano, quodlibet. 8. & Palud. d. 4. q. 2. art. 2. Cordub. q. 42. de Indulg. Scot. autem quodlibet. 20. putat hoc modo minui efficaciam orationis ad impetrandum singulis. Quæ sententiæ possunt fortasse in concordiam redigi, si prior intelligatur quando oratio ita fit pro multis, vt distincte & in particulari fiat pro singulis: posterior vero, quando confuse, & generatim fit pro multitudine, iuxta ea, quæ breuiter dixi superiori tomo, disputatione 79. sect. 12. in fin. & latius, Deo dante dicam in tomo de Religione, de Oratione disputans.

Tertius fructus, quem indirectum vocamus, communiter explicatur à Theologis per gaudium, quod in aliis bonis resultat ex bono opere cuiuslibet iusti, quem fructum possumus obiectionum appellare, & de hoc manifestum est nec requirere intentionem operantis, nec minui in singulis, propterea quod multi sint, sed hoc non potest dici suffragium etiam improprie, vt per se constat. Alium ergo fructum indirectum ego considero in operibus iustorum cum Adriano, & Corduba supra: nam propter illa Deus interdum benefacit eorum sociis, vel amicis, etiam ipsis nihil petentibus vel cogitantibus: & hanc ego voco indirectam impetrationem, quæ non pendet ex intentione operantis, sed est quid concomitans vitam iustam, & sanctam apud Deum: quia vero hoc non fit sine aliquo merito de congruo, existimo seruare aliquam proportionem cum effectu obtinendo, & cum personis, quibus impetrandum est: quia nullum est aliqual meritum, quod non seruet aliquam proportionem cum premio, qualecunque illud sit.

Quæret vero aliquis ad opus satisfactoriū vnius possit alteri applicari per voluntatem alienam, v. g. superioris. Quidam enim putant id posse fieri, quando voluntas operantis subest alteri, etiam si ipse operans renuat, vel pro alio offerat. Quod sentit Paludanus d. 14. quæst. 1. num. 8. qui etiam putat applicari mandatum superioris tantum posse, vt, si ipse sit iustus, suffragium fructuosum sit, etiam si subditus exequens sit in statu peccati. Neutrum autem credo verum, & de posteriori quidem puncto sufficiant superioris dicta, & videri potest Soto dist. 45. quæst. 2. art. 1. de posteriori vero dicemus fortasse plura in sequentibus Disputationibus de Indulgentiis, interim videri potest Cordub. lib. 5. de Indulgent. q. 41. & quæ in simili diximus superiori tomo agentes de applicatione sacrificij missæ. Tandem inquiri potest, quid fiet de fructu satisfactionis, si v. g. offeratur suffragium pro anima, quæ illo non indiget: quia iam est in celo, vel illius nō est capax: quia est in inferno. Atque eadem quæstio est, si iustus faciat opus satisfactorium, cuius ipse non indiget, quia nullius poenæ est reus, neque alteri applicet. In iis enim & similibus casibus aliqui dicunt, pro Dei arbitrio, & voluntate applicari aliis indigentibus. Sed verior responsio est, reponi in thesauro Ecclesiæ. De quo insequentibus dicemus.

FLTL